



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

UC-NRLF



C 3 088 757













**ATHENAEVM**  
BIBLIOTECA DI STORIA DELLA SCUOLA E DELLE UNIVERSITÀ  
A cura di Ennio Cortese e Domenico Maffei

---

N. 38

Ristampa anastatica

FRANCISCO MARIA COLLE - GIUSEPPE VEDOVA

**FASTI  
GYMNASII PATAVINI**

**VOLUME I  
(UNICO PUBBLICATO)**

ARNALDO FORNI EDITORE

7180-9272

LF3577

C 65

1983

M A I N



COLIE

**FASTI  
GYMNASII PATAVINI  
ICONIBUS EXORNATI**

**AB ANNO MDCCCLVII USQUE AD MDCCCLXXXVII**

**FRANCISCO MARIA COLLE  
BELLUNENSIS  
ELUCUBRATI**

**NOTISQUE AUCTI ET USQUE AD MDCCCXL PERDUCTI**

**JOSEPHO VEDOVA  
PATAVINO**

**VOL. I. PARS I.**

**PATAVII  
EX OFFICINA ANGELI SICCA  
1841**



**LECTORI BENEVOLO**

**SALUTEM**

**JOSEPHUS VEDOVÀ**



**FRIDERICO · MANFREDINIO · MARCHIONI**  
**PATAVINAE · ECCLESIAE ; CANONICO**  
**NVPER · AD · FAMAE · AVGVSTAE · EPISCOPATVM**  
**EVECTO**  
**GRATVLATIONIS · GAVDIQ · OCCASIONEM**  
**CAPESENS**  
**QVOD · ACCEPTVM · FORE · AVTVMAT**  
**PATAVINI · ARCHIGYMNASI · PROFESSORIBVS**  
**EADEM · SENTIENTIBVS**  
**QVI · OLIM · STRENVVM · ALVMNVM**  
**DEIN · LAVRO · IN · RE · THEOLOGICA · HONESTATVM**  
**ADMIRATI · SVNT**  
**HOSCE · EIVSDEM · ARCHIGYMNASI · FASTOS**  
**QVODAM · IVRE · AD · EVM · ETIAM**  
**PERTINENTES**  
**JOSEPHVS · VEDOVA**  
**D · D · D**



---

---

**S**i publicum studiorum domicilium celebritatem ac formam non aliunde repetit, nisi ex delectu virorum apprime excellentium in unoquoque doctrinae genere, ad quod egregii adolescentes se se conferre desiderant; certum indubitatumque est, Patavinae Universitati jam a principio nobilissimae summam hanc una ratione gloriam accessisse. Fuit siquidem ejus Professorum nomen, quod alias Italiae ceterarumque gentium scholas in invidiam adduxit, et ad nostram urbem a Gallia, Anglia, Germania tot juvenes discendi cupidissimos vocavit, qui, ubi in patriam cum magna sanae doctrinae supellectili redierint, ingenio et scriptis, tum nostro Lyceo, tum civibus suis magno honori fuerunt. Evolvamus Universitatis fastos: nulla profecto pagina est, in qua alicujus viri, qui maxime italas litteras illustraverit, recordatio non fiat. Sed haec gloria, quam inter multas et tam varias temporum vicissitudines, inter diversas easque graves civilium rerum mutationes Antenorea gens sibi semper conservavit, munificentia et gratia prouidentissimorum Principum, qui hic imperium tenuerunt, haec, inquam, gloria ad summum apicem saeculo XVIII. pervenit.

Atque ut ad peculiaria descendamus, ecquis est, qui non videat, quantos progressus tunc fecerit Anatomia, docentibus publice clarissimis viris *Morgagni* et *Caldani*? quantos Medicina, quam voce et scriptis *Gianella*, *Scovolo*, *Macoppe*, *Dalla Bona*, *Comparetti*, *Gallini*, illustrasse luculentissima testimonia habemus. Quid de Chirurgia dicam, quam *Calza*, *Bonioli*, *Vandelli*, duo *Sograffi* et *Malacarne* mirifice promoverunt? Chymicam vero *Carburi* doctissime, et cum maxima hominum opinione, primus explicavit. Quid Hortus Botanicus, qui cum in Europa hic ante alios omnes institueretur, a *Pontedera* magnum nomen accepit, et viros insignes *Vallisnieri* et *Dalla Decima* habuit, qui simplicium her-

barum vim et efficacitatem tradentes communem admirationem promeriti sunt? *Petrus* ipse *Arduino* inter Professores Agriculturac experientissimus numerabatur. Quod si de scientiis sacris sermo sit, quis ignorat praecolla illa nomina *Serry*, *Valsecchi*, *Lucchi*, *Pujati*, et eminentissimi *Tadini*? Si autem Jurisprudentiam requirimus, occurunt *Beltramini*, *Mariani*, *Guerra*, *Turriani*, *Franzoja*, aliquique permulti, qui illam vel in uno vel in alio genere eruditissime amplexi sunt, et cum magna laude publice edocuerunt. Omitto clarissimum illud physicarum et mathematicarum rerum lumen *Poleni*; omitto doctissimum *Stratico*, qui cum ipso Vitruvio immortaltatis jus obtinet; omitto acutissimum *Toaldo*, astronomum sui saeculi facile principem; omitto ceteros eximios viros *Facciolati*, *Nicolai*, *Barbarigo*, *Colombo*, *Zuliani*. Quantum gloriae ac famae sibi compararunt *Stellini*, qui fuit alter Socrates, *Sibiliato* et *Cesarotti*, qui ultimus *Merontis* nomine has Medoaci ripas dulcissimis versibus recreavit! Sed quis tandem posset singulorum nomina recensere, et aptam laudationem tenere? Nonne saeculum XVIII. Patavinae studiorum Universitati tale extitit, qualia illa tenemus AUGUSTI, LEONIS X., LUDOVICI XIV.?

Quaenam autem causa fuit, cur ita illustribus viris antiquissima haec scientiarum sedes floruerit? Fuit enimvero, fuit Venetorum Respublica. Poterit fortasse edax tempus ejus infinita ac insignia monumenta, quae priscis victoriis extant, aliquando delere; memoriam non poterit, quae historiae paginis commissa est. Vivent itaque triumphi, vivet ars illa imperii tam prudenter administrandi, vivent cetera quae ad urbem decem et quatuor saeculorum dominam pertinent; sed praecipue amor et studium Venetorum in litteras et scientias commemorabitur, unde Patavinis scholis splendor maximus adjunctus est. Veneti enim id etiam ad Reipublicae suae granditatem facere judicarunt, si Professores magna doctrinae opinione in hac Universitate operam suam praestarent. Hinc eos, quocumque domum habuissent loco, quacumque

ex gente essent, in nostram urbem traducendos, et pecunia, domo, privilegiis cohonestandos curabant.

Sed ut ad rem nostram veniamus, hoc dico, qui leviter studiorum nostrorum historiam attigerint, quamvis in proposito essent ejusdem tractandae et diligenter persicienda, *Riccoboni*, *Tomasini*, *Pappadopoli*, *Facciolati*, fuisse doctissimos viros; *Franciscus Maria Colle*, ut historiam conserveret, quae hominum desideriis responderet, a Magistratu Veneto, qui studiis praeerat, vivente adhuc *Facciolati*, electus est. Idem ipse Magistratus cum videret illo saeculo XVIII. tantam esse Patavinae Universitatis celebritatem, jussit a *Colle Fastos*, quos *Facciolati* ad an. MDCCLVI. perduxerat, continuari, et singulis duobus annis historiae partem exhiberi, quae decennium contineret; denique historiam Itala lingua confici a primordio Universitatis, quae his verbis *Storia scientifico-letteraria* inscriberetur.

Historicus *Colle* et Magistratui et civibus Italì cumulatissime satisfecit percurrente illud temporis spatium, quod ab anno MCCXXII. ad annum MCDV. interpositum est. Cujus operis excellentiam, in quo docte et judiciose auctor disserit, jure et merito laudarunt ii, in quorum manus venit. Ipse *Franciscus*, qui se totum scribendae historiae dederat, post duos primos annos non unum, sed tria decennia confecerat, quae typis committerentur. Quisnam ordo in his servatus sit, cognoscimus ex ipso auctore, qui ad *Leonardum Foscarini* patricium Venetum, et mæcenatem suum, ita scribit:

„ Siccome intrapresi l'opera con grandissimo genio e fervore, „ così al fine dei due anni mi trovai di avere compiuto non i soli „ dieci anni, ma i trenta interi dei *Fasti*. Anzi mi permetta V. E. „ di farle osservare, che avendo io trovati i *Fasti* del *Facciolati* „ assai digiuni e assai secchi, e degni di essere chiamati meglio „ *Diario* che *Fasti*, così io pensai, seguendo per altro possibilmente „ quel metodo, perchè comandatomi, di ampliarli alquanto, e di

„ supplire anzi a ciò che interamente manca a quelli, premettendo  
 „ a ciascuna Scuola il tempo della insituzione di essa, le vicende,  
 „ divisioni e mutazioni sofferte, insieme coll'attuale stato e metodo  
 „ di trattarla; cosicchè leggendo i miei *Fasti* si acquista una vera  
 „ e precisa idea dello stato presente e passato dell' Università. Sog-  
 „ giungendo poi i Professori, io dico qualche cosa dei loro meriti  
 „ letterarii, le commissioni pubbliche da essi sostenute, e l'esatto  
 „ catalogo delle Opere che hanno stampato. In questo modo l'Ope-  
 „ ra di questi *Fasti* è cresciuta ad un volume considerabile. ”

Opus istud litterariae reipublicae viris ego exhibeo, a quibus  
 spero fore ut humaniter excipiatur, tamquam pignus certissimum  
 meae in patriam caritatis; in illam, inquam, patriam, ad cujus or-  
 namentum et splendorem bonus quisque civis elaborare et conniti  
 summo studio debet. *Franciscus Colle* in eo ostendit, quibus ra-  
 tionibus et quibus viris Patavina Universitas in tantum creverit,  
 ut per totam Europam sui nominis famam diffuderit. Mihi autem  
 visum est aliqua huic historiae passim, cum necesse fuerit, adjun-  
 gere et adnotare, et *Fastos* ad annum MDCCXCVII. Venetac  
 Rcipublicae extreum perducere.

Sed, cadente Venetorum imperio, nihil antiquae gloriae Pata-  
 vinum Lyceum amisit. Nostra haec studia, quae sub Italico Regno  
 valde floruerunt, ab Austriacis Principibus illud incrementum ac-  
 ceperunt, quod in praesens admiramus. Nimirum **FRANCISCUS I.**  
 Imperator liberalitate vere regia Patavinam Universitatem auxit  
 scholis, redditibus, et quibuslibet machinis instrumentisque ad quas-  
 dam scientias facilius ediscendas peropportunis; qui Imperator de  
 studiis optime meritus omnem profecto laudem consequetur. His  
 autem diebus ejus successori Augustissimo **FERDINANDO I.** Uni-  
 versitas debet ea omnia, quae ad doctrinae splendorem pertinent,  
 et ejusdem progressus adjuvant favente maxime **RAINERIO**, hu-  
 manissimo Principe, et providentissimo Longobardorum Veneto-  
 rumque Prorege. Quibus auspiciis illa nobis animo insidet opinio

certa ac stabilis, Patavinae Universitati nullam aetatem magis, quam hanc nostram, faustam et felicem incidisse.

Dum tot splendidas nostrae Universitatis glorias celebrare aggrediebar, nuntiaturusque eram reipublicae litterariae fore jam jam meum opus publici juris hoc titulo : *Fasti Gymnasii Patavini ab anno MDCCCLVII. usque ad annum MDCCXXXVII. a FRANCISCO MARIA COLLE elucubrati, notisque illustrati, et usque ad MDCCXCVII. perducti, cum Appendice illorum Virorum, qui in eodem Gymnasio ab anno MDCCXCVII. usque ad haec tempora floruerunt*; Deo ad se vocare placuit carissimum meum Parentem, erga quem non tam obsequio et amore vinciebar, quam tanto patre magni nominis jureconsulto gloriabar; ideoque ex acerba jactura domesticae curae erumpentes, meque vexantes, a dilectis studiis astraxerunt. Nunc elapsis pluribus mensibus, et satis datum dolori et lacrymis, amor pariter ille, qui cum natali solo me obstringit, cujusque amoris jam antea indubium specimen praebui *Biographiam Patavinorum Scriptorum edens*, ad interruptum opus revocavit. Huic alacriter incumbens non solum brevi tempore absolvi, sed novam ei dedi, amplioremque formam; quin imo novum nomen Operi praeposui. Et quamvis, quam par fuit, vestigia, quae clarissimus Colle signaverat, sequi curaverim; tamen, ut in talibus operibus sit, sub calamo sensim libri moles succrevit. Ne tamen quis putet, me, quòd dici de singulis Professoribus poterat, totum in hoc Opere adduxisse; profiteor me tantummodo accurate aetatem qua vixerunt, Opera quae ediderunt, Inscriptiones quae aliquorum honori et memoriae sacratae sunt, notare, proponere, patefacere voluisse. Hinc etiam fore acceptas credo graphicas imagines, quas celebriorum Professorum qui cathedras sunimo honore exercuerunt, et illorum etiam qui praesenti tempore exercent, Caroli Patin<sup>(1)</sup> exemplum sequutus, Operi meo inserui.

---

(1) *Lyceum Patavinum, sive Icones et Vitae Professorum Patavii anno millesimo sexcentesimo octogesimo secundo publice docentium.* Patavii 1682, typis Frambotti, 4.<sup>o</sup>

In duo Volumina hic meus liber est divisus, utrumque autem Volumen in duas Partes dispescitur. In prima, quae dictavit *Colle*, nimirum ab anno MDCCCLVII. ad MDCCCLXXXVII., adjectis aliquot meis observationibus, comprehendit. Altera Pars quaecumque in nostra Universitate ab anno scholastico MDCCCLXXXVII. ad annum usque totum MDCCCV. evenere, complectitur; in quo quidem anno Universitas novam formam subiit. In prima autem Parte secundi Voluminis omnia indicantur, quae sub Italico Regimine evenerunt, videlicet ab anno MDCCCVI. ad MDCCCXIV.; quo interim ab Austriaco Imperatore datum aliquem ordinem scholis vidiimus. Tandem secunda Pars hujus Voluminis viginti sex annorum complectitur historiam, quae gloriam antiquarum celebriumque nostri Archigymnasii scholarum adauget. Hanc ultimam Partem quaedam, ut ita dicam, mantissa subsequitur, quae Musaeorum, Horti Botanici, Speculae ad astronomicas observationes aptissimae, aliorumque cimeliarchiorum ea copia, amplitudine atque utilitate ex Augustissimorum Imperatorum FRANCISCI I. et FERDINANDI Lejus filii munificentia praestantium, ut celebrioribus Europae cimeliarchiis aemulentur, historicum prospectum breviter exhibet.

**Ea multarum et gravium perquisitionum fructus.** Quod si rei magnitudini opus non omnino satisfacit, non est mihi tamen nec gratia, nec patrocinium desperandum illorum qui hujusmodi studiis se se dedunt, nec illorum qui patriae amore succensi Italam terram Italis scriptis quoquo modo celebratam fore desiderant.

---

**BIOGRAPHIA  
EQUITIS  
FRANCISCI MARIAE COLLE**



---

---

**C**OLLE FRANCISCUS MARIA Bellunum patriam IV. Kal. Jan. ann. MDCCXLV. habuit. Dives ingenio, sed miti, solitudinis studiique amans, fuerat a primo flore juventae Hieronymi et Caeciliae Gimosa parentum suave delicium. Ut se se magis litteris scientiisque dicaret claustra ingreditur, et in Novellara prope Mutinam habitum Societatis Jesu induit. Placentiae litteras penitus hausit, Bononiae philosophiam, atque mathematicas disciplinas, in quibus Italum Vincentium Riccatum in praceptorum habuisse gloriabatur. Peracto scientiarum studio, rhetoricae docere jussus fuit, quod magna laude eum honoravit.

Sed heu! quos dies ille beatissimos vocabat, Bulla Clementis XIV. turbavit, qua XII. Kal. Aug. Societas Jesu occidit. Ingemiscens gravi dolore, nullo tamen clericali Ordine vinctus, ad laicos rediit, interque suos, et inter dilectissima studia dolori lenimen quaerebat.

Brevi tamen tempore Belluni COLLE moratus est, cum anno MDCCCLXXIV. Patavium petiit, et in publicis scholis lectiones Juris frequentavit, et lauream Doctoris obtinuit. Hae tamen Juris scientiae non prorsus a litteris, atque a mathematicis hydraulicisque abstraxerunt; quod videre est ex doctis Dissertationibus, quae praemio honoratae a Mantuana Academia fuerunt, quaeque his verbis conceptae: *Che cosa fosse e quanta parte avesse la musica nell'educazione dei Greci. — Sulle piene del Po. — His tertium adjicamus: Considerazioni sulla sistemazione del Brenta.*

Cum Patavii anno MDCCCLXXIX. Academia Scientiarum, Litterarum et Artium initium sumeret, tum subito in Albo Sociorum jus adveniendi habentium connumeratur, et postea inter Socios pensione gaudentes adscriptus est; et doctae ejus Dissertationes, quas legerat, inter illustiores Socios illum extulerunt.

Talis tantusque vir cathedram Universitatis doctrina sua exornavisset; et si merito jus datum esset, petitioni suae repulsam dari non doluisset, quam repulsa aliorum callidores artes, ut fere fit, immerentium pepererunt. Tamen ingenium istius viri notum spectatumque Aloysio Morosini Equiti, et D. Marci Procuratori, tunc Studiorum Patavinorum Triumviro valuit, ut Historiographus Lycei Patavini V. Kal. Julii stipendio CCC. ducat. eligeretur.

Continuandorum *Fastorum*, quos incepérat *Facciolatus*, atque hinc Litterae Historiae celebris Universitatis scienter texendae provincia est illi data; jamque tanti argumenti dignam eximia doctrina, acrique judicio Italiae hanc Historiam dedisset, nisi anno MDCCLXXXIX. stipendio honorisque titulo privatus esset ex parsimoniae lege, quae illa omnia stipendia abrogabat, quae non concesserat Senatus. Attamen succurrente atque hortante Leonardo Foscarini, incepta utraque Opera, *Fastos* videlicet ab an. MDCCLVII. ad usque MDCCLXXXVI., et Historiam ab anno MCCXXII. ad MCDV. continuavit. Protinus autem rediit Bellunum, ubi tumultus, vicissitudinesque publicarum rerum fugiens, ad cara studia amplectenda colendaque recurrit. Sedatis vero rebus, jure cupiens tot labores suos non ire inanes, a Regimine Austriaco Venetiis insidente postulavit, ut Historia aere publico, si doctissimi viri judicium faveret, typis ederetur.

Judicii munus clarissimo Jacobo Morelli commissum fuit, qui favorable pronunciavit. Tunc Synopsin totius Historiae et nuncupationem Imperatori FRANCISCO I. praemittendam offerri Regimen sibi jussit. Cum a Gallicis armis denuo Italia absorta, occasionem suum opus edendi fugisse perdoluit.

Sed domestica major calamitas pergravis doloris causam attulit cordi. Cum qua suaviter feliciterque per viginti duos annos vixerat, praereptam Caeciliam Rizzardi uxorem amisit.

Tot agitatus aerumnis ad patrios rediit lares, atque in patria annonae praefectus est; et ingruente penuria sic sanctissime se gessit, ut eum Nobilium Collegium inter suos adnumeraverit. Hoc honorum fuit initium, ad quos Itala Dominatio illum evexit. Nam primum Bellani Praefectum vidimus, inde in Collegium Doctorum cooptatur, insigni Ordine Ferreae Coronae distinguitur, denique a Consiliis Status dignitate maxima fulget.

Honores dignatesque ingenium bonum ad optimas actiones semper roborant, nec loci distantia a suis civibus juvandis removet; nam dum Mediolani tali dignitate conspicuus morabatur, nihilominus ita se in cives suos exhibuit, ut illum sibi patronum et maecenatem praedicare Joannes quoque De-Min celebris pictor non destiterit.

Quoad autem suum opus, tentamen noster COLLE fecit, ut EUGENIUS Prorex Italiae nuncupatoriam epistolam excipiens solveret ab aerario pecuniam, qua typis opus suum ederetur, sed frustra; nam bella continua, et opus nondum perfectum quomodo Prorex concupierat, preeconceptas spes praeciderunt.

Interea Italicum Regnum corruit, et COLLE illius frequentissimae urbis strepitus relinquens, in sui ruris prope Bellunum securam tranquillitatem secessit;

ubi die XV. Kal. April. an. MDCCCXV., LXXI. autem aetatis suae meritis plenus, jureque ab omnibus deploratus, vitae metam attigit.

Conditum corpus ejus in Coemeterio S. Martini de Narvesa, ibi hoc epitaphio positum monumentum:

D. O. M.

FRANCISCO MARIAE COLLE BELLVNENSI

FERREAE CORONAE EQVITI

AC ITALICI REGNI CONSILIARIO LEGVM

QVOD GRAVISSIMIS PRO REPVBlica

NEGOTIIS EGREGIE FVNCTVS

LITTERIS PHILOSOPHIA MORVM COMITATE

ITALIAM PATRIAM

CONCIVES ILLVSTRAVIT ORNAVIT JVVIT

ALOYSIVS PETRVS ANTONIVS F. F.

HIERONYMVS NEPOS

FRATRI PATRVO OPTIMO MOERENTISSIMI P.P.

ANNO M. DCCC. XV. KAL. APR.

VIXIT ANNOS LXXI. MENS. V. DIES X.

In die anniversario solemnes exequiae Belluni ad S. Petri celebratae fuerunt. Antonius Ocofer orationem funebrem recitavit, quae typis edita habetur Belluni anno MDCCCXVI.

Optime de patria, deque suis meritus, in magistratibus integerimus, litterarum cultor omnibus praestans, in amicos effusus, quos inter immortalem Pontificem GREGORIUM XVI. nominamus (1).

(1) Ut Summus Pontifex GREGORIUS XVI. nostro Colle honorem tribueret, mihi de illo loquens, dignatus est hisce verbis ad me scribere.

*Illusterrimo Signore.*

*Non poteva non riuscirmi gratissimo il di lei dono dell'insigne Opera del nostro Francesco Colle, Storia scientifico-letteraria dello Studio di Padova, sì pel doppio vincolo che ad esso stringeami, di patria cioè e di amicizia, e sì anche per la stima che ho di V. S. Illusterrima, che seppe con saggia critica corredarla ed illustrarla con opportunissime ed eruditissime note. Le ne porgo perciò i miei più vivi ringraziamenti.*

*COLLE autem typis haec edidit:*

- I. *Dissertazione. — Che cosa fosse e quanta parte avesse la musica nella educazione dei Greci.* Mantova 1775.
  - II. *Dissertazione. — Sulle piene del Po.* — Mantova 1779.
  - III. *Considerazioni sulla sistemazione del Brenta.* — Padova 1797.
  - IV. *Sopra l'influenza del costume nello stile letterario.*
    - 1.<sup>o</sup> *Dell'influenza del costume sui termini proprii.* — Vid. *Saggi dell'Accademia di Padova.* Tom. II. pag. 363.
    - 2.<sup>o</sup> *Dell'influenza del costume nelle voci traslate.* — Ibid. pag. 382.
    - 3.<sup>o</sup> *Dell'influenza del costume sui concetti e sui sentimenti.* — Ibid. Tom. III. Parte II. pag. 134.
    - 4.<sup>o</sup> *Dell'influenza del costume nella collocazione dei vocaboli e nell'armonia.* — Ibid. pag. 154.
  - V. *Notizie della vita e degli scritti di Albertino Mussato.* — Vid. *Saggi, ut supra,* 1809, pag. 369.
  - VI. *Frammento postumo delle Metamorfosi.* — Treviso 1819.
  - VII. *Notizie sulla Vita e sulle Opere di Pietro d'Abano.* — Padova 1823, in 8.<sup>o</sup>
  - VIII. *Storia scientifico-letteraria dello Studio di Padova, pubblicata per la prima volta con annotazioni di Giuseppe Vedova.* — Ivi, Tip. della Minerva, 1824, in 4.<sup>o</sup>
- 

*Mi sono fatto poi un pregio di presentare in di lei nome io stesso al Santo Padre il magnifico esemplare trasmessomi. La Santità Sua lo aggradì moltissimo, come riconoscerà dall'acciussa Pontificia sua lettera che le invio.*

*Giova sperare che ella condurrà a termine l'Opera, conducendola fino ai nostri tempi. Niuno meglio di lei potrebbe riuscirvi. La presente edizione è una luminosissima prova della sua abilità ed estese cognizioni in proposito.*

*Scrivendo a Mons. Vescovo Zuppani la prego de' miei complimenti; ed augurandomi di poterle dimostrare la mia riconoscenza, di cuore me le offro*

*Di V. S. Illustrissima*

*Affettuosiss. per servirla  
D. M. Cardinale CAPPELLARI.*

*Al Sig. Giuseppe Vedova. — Padova.*

**FASTI  
GYMNASII PATAVINI**

**AB ANNO MDCCCLVII USQUE AD MDCCCLXXXVII**

**PARS PRIMA**

**Vol. I.**



---

## DE RECTORIBUS GYMNASII

---

Quamvis a nobis alio loco probatum sit argumentis, ut arbitramur, non dubius Patavini Gymnasii exordia ab anno MCCXXII. repetenda, quo, si chronographis fides adhibeat, qui non procul ab ea aetate scribebant, Bononienses scholae huc quodammodo migraverunt, et non Grammaticae modo, sed graviorum etiam disciplinarum, praesertim vero Jurisprudentiae scholae, et Doctores publice docentes exaudiri cooperunt; tamen satendum est monumenta omnia periisse, ex quibus liceat veram Gymnasii formam, jura, et internam quodammodo disciplinam primae illius aetatis eruere et demonstrare. Hinc factum est, ut postremi Gymnasii historici Papadopoli et Facciolati tanta illorum temporum caligine perterriti satius duxerint ea omnia vel negare, vel omittere quae ad illa pertinent Gymnasii initia, et statuere Gymnasium hoc nomine dignum, quod nempe sua reluti vi juribusque staret, anno tantum MCCCLX. ortum Patavii habuisse. Et verum profecto est eo anno primum Rectorem inveniri, cuius quidem memoria extet, qui Caput esset hujus litterariae reipublicae, qui statuta, legesque condideret, acta signaret, ac tuenda reciperet tributa sibi, suoque Gymnasio jura.

Non est hujus loci in retrusa ea, atque abdita Gymnasii primordia penetrare, ut explicemus, quomodo haec, quae studiorum *Universitas* dici coepit, et unica initio fuit, anno demum MCCCLX. bipartiretur, in Juristas nempe, et Artistas ut vocant, suumque sibi quaelibet Rectorem praeficeret, et quid honoris, quidve juris Rectoribus in studentes, in scholas, in Doctores, in ministros tribueretur. Qui enim haec, simulque noscere cupiat quoniam anni tempore, et qua ratione ad Rectores et Consiliarios ex variis nationibus eligendos scholastica comitia haberentur, ad alios remittimus Gymnasii historicos, qui haec omnia accuratius tradiderunt. Nunc quoniam ab anno MDCCXXXVIII. Rectoris munus a scholaribus ad Professores devenit, sublati scholarium comitiis turbarum non semel, et contentionum plenis, abrogatisque nationum Consiliariis, litteriorum Triumvirum Magistratus electionem hanc ad se pertinere voluit, quod confirmatum a Veneto Senatu est subsequentibus annis MDCCXXXIX. Idib. Martii,

et MDCCLIX. VIII. Id. Decemb., et XVII. Kal. Januar. Cum autem antiquitus Rectoris dignitas maximos sumptus requireret, quibus sustineundis nemo par saepius reperiebatur, factum est ut Rectore deficiente Gymnasii procuratio vel Pro-Rectori, vel Syndico committeretur, qui Rectoribus quidem impares erant non sane juribus, sed titulis tantum, honoribus, externoque vivendi cultu, atque apparatu. Ad haec attendens sapientissimus Magistratus, ne sumptus magnifici munieris minus liberam aliquo modo relinqueret optionem eligendi, atque ut omnes simul paecluderentur ambitus viae, tunc auctor Senatui suit, ut Universitatis utriusque tum Juristarum, tum Artistarum Capita non Rectores imposterum, sed Pro-Rectores ac Syndici nuncuparentur. Itaque ex eo tempore scholastico anno quolibet inclinante Professores duo eligebantur in annum proximum a Magistratu, alter qui Juristis, alter qui Artistis praesit. Uterque Universitatis suae Caput est, illisque parent famuli omnes, qui *Bidelli* vocantur, et privatum utriusque Universitatis aerarium iis auctoribus ministratur. Quoties in publicum prodibant, veste utebantur munieris propria; nunc consuetudo obtinuit ut togati incedant ut reliqui Professores, ministris praeuntibus argenteo sceptro; imo in eligendis Patavinis Professoribus locorum tertiorum, in quo jure gaudent suffragii, simulque in solemnibus iis, quae ad scholas attinent, ipsis Civitatis Decurionibus anteeunt. Nemo ad lauream nisi ipsis mandantibus admittitur; ipsisque sedulo curandum, ne impensarum ad scholasticos gradus definiti limites, quavis ratione transiliantur: atque in Collegiis Pontificiis proximum ab Episcopo vel illius Vicario, et Collegii Praeside locum habent; imo in Collegio theologicó Praesidem ipsum, quem *Decanum* dicunt, praecedunt. Statuta *sportula* in Collegiis omnibus gaudent, ipsorumque etiam nomine signantur quaecumque laureae diplomata, quae *Privilegia* vocamus. Caeterum hisce nostris temporibus praecipuum Pro-Rectorum est munus pro studentium disciplina, moribus, studiis, legibus acrius vigilare, tranquillitatem tueri, tumultibus occurere, et controversias, siquae orientur, officiis et auctoritate componere. De majoribus vero rebus cum Urbis Rectoribus, et gravissimo Triumvirum Magistratu communicare, et omnia ipsorum consensu et arbitrio agere, quae ad Gymnasiū, scholariumque studia, jura et coimoda pertinere videantur.

Nunc Pro-Rectorum seriem, quam contexuit Facciolati ab anno MCCLVII. ad haec usque tempora ducimus, atque ut in Fastis supplendis ipsius, ut jubemur, vestigiis haereamur, dum Pro-Rectorem suum praeficiemus, cuilibet anno adnotabimus si quid eo anno in Gymnasio acciderit, quod memoria dignum censeatur.

## RECTORES JURISTARUM

---

MDCCLVII. *Antonius Arrighi Corsicus*, adoptione Venetus, Juris caesarei Professor primarius pomeridianus, Pro-Rector et Syndicus ex Trium. rescripto. Urbis Rectoribus Magistratus mandavit III. Non. Decemb. ut Artistarum Actuarii, et utriusque Collegii Praesidum opera advocata exacte referrent de tertianis, quas vocant, scholis, quae a Patavinis reguntur; quomodo muneribus suis Professores illi satisfaciant, quaenam tradant, quibusque diebus, et si qui sunt qui scholae desint, quasnam afferant cessandi causas.

MDCCLVIII. *Joseph da Pace Venetus*, Professor Juris caesarei mat. secundo loco, Pro-Rector et Syndicus ex rescript. MDCCLVII. VIII. Id. Septembr. Cum Doctores aliqui coepissent non togati Collegiis interesse, Triumvirales litterae IV. Kal. Martii datae indecoram licentiam damnant, veteresque leges juvent hac in re omnino servari. *Antonius Stratico*, vir religione et litteris clarus, Cotunei Graecorum Collegii Rector, hoc anno decessit, illique in eo Collegio successor datus est Non. April. *Simon Stratico* ex fratre nepos, Professor Medicinae theoricae extraordinariae, attributis stipendiis nomine argent. CLXV. Ipse tamen biennio post munus sponte dimisit, quod *Spiridioni Lusio* commissum est.

Faustus hic annus nostro etiam Gymnasio fuit Archicancellario suo et Patavino Pontifice *Carolo Rezzonico* Cardinali, evecto ad supremas Vaticani insulas XV. Kal. Jun., Clementis XIII. nomine assumpto. Ad Patavinam vero Se- dem ascendit hoc eodem anno *Sanctes Veronese* Venetus, qui inter Patavinos Canonicos relatus jamdiu Episcopo vicariam operam in Ecclesiae hujus regimine praestabat, meruitque paucis post mensibus in Cardinalium Romanorum coetum cooptari.

MDCCLIX. *Stellius Mastraca* Corcyrensis, primarius Jur. civil. mat. Professor, Pro-Rector et Syndicus ex litt. MDCCLVIII. XIV. Kal. Octob.; sed cum ipse a Pro-Rectoris munere arceretur eo quod Collegii Veneti Praeses esset, in ejus locum venit IV. Kal. Octob. *Petrus Businello* Venetus, Cler. Reg. Theatin., Professor secundus Juris canonici matut., Gymnasii campanae ex aere nescio quo fato discissae, annuit Magistratus ut Patavini artifices *Briseghella* et *Babandi* denuo funderent mercede argendor. CCCL. ex Gymnasii immunitatum aerario erogandorum. Jussit operi praeesse Professores duos, *Poleni* et *Colombo*, qui etiam de nolae jani fusae perfectione cognoscerent et referrent.

**Ferracina** quoque, vir natura et usu in mechanicis quibusque rebus mirifice valens, Patavium missus est, qui et veterem nolam demitteret, et novam in turri apte collocaret.

Natio Germanica Juristarum sepulcri jure utebatur positi in templo Monachorum Eremitarum. Cum ex litteris Ducalibus hoc anno datis V. Id. Junii amotus alioque delatus esset sepulcralis lapis insculptus anno MDCLV., coenobii Praeses **Antonius Tarmeta** declaravit in Actis Universitatis, sepulcrum nihil minus eodem in loco existere, nihilque quoad ipsum, aut inclytae nationis jura vel innovatum adhuc, vel imposterum innovandum.

MDCCCLX. **Antonius Arrighi** Corsicus, adoptione Venetus, Professor primarius Juris caesarei pomerid., Pro-Rector et Syndicus iterum ex litt. anni super. XI. Kal. Octob. Cum saepius, et praecipue anno MDCCXXIII. Idib. Jan. a Senatu decretum sit, quod ab omni forensi munere, et a quacumque medicae artis tractatione in tota Venetorum ditione amoverentur qui lauream in Patavino Gymnasio non obtinuerint, mandat Magistratus hoc anno V. Kal. Octob. civitatum omnium Rectoribus, ut eorum nomina quaecumque sibi denuncient, qui vel in Urbe, vel in tota subjecta Provincia aut Collegiis adscripti sunt, aut Jurisprudentiam quoquomodo, vel Medicinam exercent, titulis adjectis, quibus id unusquisque agat. Addere id liceat, Senatum tum alias saepius, tum etiam annis MDCCLXI. IV. Non. Maj. MDCCLXII. VII. Kal. Octob., et MDCCLXXXVI. Idib. Decemb. sanxisse, neminem omnino sive Laicus sit, sive Ecclesiasticus, aut Regularis scholasticorum titulorum, vel magisterii honoribus, et jure frui, qui lauream in Patavino Gymnasio rite non obtinuerit, quibuscumque privilegiis sublatis penitus, atque abrogatis.

Insuper alia quaedam gravia Kal. Octob. edixit Magistratus, Senatu probante, ad Collegia, scholas, totumque Gymnasium pertinentia.

I. Ad Collegia quidem quod attinet, firmato octo Professorum numero, qui Venetum utrumque componunt, vetat in illo Germanorum *Comprotectorem* locum habere, quoties *Protector* ipse quovis titulo adest.

II. Qui in eodem Collegio examinatur ad lauream obtinendam, si suffragia propitia non plura contrariis ferat, *reprobatus*; si paulo plura, *pro majori parte probatus*; si bis plura, *nemine penitus dissentiente probatus* habeat. Unusquisque autem *recitationem* praemittat (quae tamen sublata anno MDCCLXXI. annuis examinibus imperatis) et exercitationem apud *Promotorem*, salvis tamen nationum privilegiis. Quod si quis accedit lauream gratis *titulo paupertatis* consecuturus, praemissa recitatione *tentamen* etiam, quod

vocant, subeat, tribusque argumentis in Collegio respondeat ternas singulis difficultates afferentibus. Atque ut omnia prompte fiant, si quis Collegio adscriptus Professor sine causa desit laureis hisce gratis concedendis, *sportula* mulctetur proxime secutura. Omnes porro Professores hos quibuslibet potentium examinibus interesse jubet Magistratus, eamdem sportulae poenam absentibus comminatus.

III. In disputationibus ad eos tentandos institutis, qui in Juris et Artium Collegia cooptari volunt, Professores tres sub ipsum examen sortiantur, qui ternis singuli argumentis theses propositas oppugnant; nullique post ipsos arguendi facultas negetur.

IV. Quod attinet ad scholas: Juris institutiones nemo privatim tradat praeter earum Professores. Porro Professor quilibet in commissa sibi Provincia fideliter maneat non alio aberrans; diebus in diario signatis doceat; tamdiuque doceat, quamdiu per litteras Triumvirales prid. Id. Novemb. MDCLXXXII. mandatum est. Illud autem in primis caveat, ne privatae scholae toties imperatae desit. Imo imposterum non publicae modo scholae, sed privatae etiam ad quadriennium explendum necessariae erunt, eademque ratione in Acta referentur, ut laureae petendae tempore simul producantur, quod confirmatum est a Senatu, ut dicemus anno etiam MDCCLXIII. IV. Non. Augusti.

V. Aureus nummus, qui singulis quadriennii vel quinquennii annis immunitatum titulo scholaribus dari consueverat, transferatur ad annum postremum, quo, solutione una, quatuor vel quinque simul cum laurea obtineantur. Theologiae vero et Chirurgiae studiosi, qui ad quadriennium non tenentur, aureos singuli binos simul habebunt, modo rite probent, se biennium saltem horum studiorum causa Patavii fuisse. Sed decretum hoc vim amisit anno MDCCLXIII. veteri consuetudine revocata. Illud tamen cautum est ne quis singulis annis nummum exigat nisi tribus syngraphis diligentiam testantibus a propriis Professoribus de more impetratis; per posteriores vero leges examine etiam rite absoluto.

VI. Die XXI. Decembris D. Thomae Apostolo dicato quotannis tera scholarium Juristarum nomina, totidemque Artistarum sortientur, qui expleto quadriennio lauream sine expensis sument, ministrorum mercede unice reservata. Haec tamen sortitio locum tantum habuit ad annum MDCCLXIII., quo sibi Magistratus reservavit beneficium hoc, pietatis et diligentiae praemium merentibus conferendum.

VII. Confirmatur superioris mensis decretum, quo scholarum initia ad Kal. Decemb. trahuntur; simul autem vetatur, ne sibi invicem primis diebus

**Professores per officia blandiantur, ut mos erat; sed statim suggestum concen-**  
**dant, et operam quisque suam scholae et scholaribus navet.**

**VIII.** Quia porro angusto litterariorum mensium curriculo non cuilibet ex scholaribus satisfieri ex ordine potest, Professores omnes anno toto Patavii maneant, nullique sine Triumvirum venia praeviis litteris expressa abesse Urbe liceat, quamvis esset ab ipsis Venetis Magistratibus invitatus, aut expetus; quod etiam a Triumviris imperatum erat litteris datis hoc eodem anno Non. Aug. Verum anno proximo prid. Id. Martii concessum est Professoribus, ut, clauso Gymnasio, quatuor vel quinque dies abiisse impune liceat. Insuper additum Medicis et Chirurgis eodem anno VII. Id. Maji, ut apertis etiam scholis totidem diebus absint artis suae exercendae causa, cum opus fuerit, facultate solum ab Urbis Rectore petita, cuius erit Magistratum certiore facere; quod confirmatum est, imo ad omnes Professores prolatum VI. Id. Jun. MDCCLXVI.

**MDCCLXI.** *Joannes Maria Panighetti* Venetus, Juris caesarei Professor pomer. secundo loco, Pro-Rector et Syndicus litt. MDCCLX. XVIII. Kal. Octob. Sed gravissimae Triumvirales litterae Non. Jan. datae *Stellium Mastracca* Corcyrensem, Professorem Juris caesar. matut. primo loco, substituunt in reliquos menses *Panighetti* a Syndici munere detruso eo quod coitione facta cum Juristarum Actuario indecore se gessisset. Eaedem litterae, accedente biduo post Senatus auctoritate, ipsum amovent Juristarum Actuarium *Antonium Tellari*, quod jamdudum videretur munere suo contra leges et Gymnasii decus ad indignum quaestum abuti. Cum vero Senatus prid. Kal. Febr. Actuariorum eligerorum imposterum arbitrium omne Triumviris reliquisset, sanxit Magistratus prid. Id. Febr. ne quis ad munus hoc eligatur, nisi probet se patre natum Veneto dominio subdito in Patavino Gymnasio laurea tabellionisque titulo et juribus insignitum saltem aetatis annum trigesimum explevisse. Itaque hoc eodem anno prid. Id. Martii Juristarum Actuarium constituunt *Marcum Antonium Telaroli* olim *Francisci* filium.

Cum Litterarum et Artium studia pro rerum humanarum vicissitudine, accedente doctorum hominum industria, variisque aetatum moribus ipsa quoque varientur, et alia alio tempore placeant, multa Senatus constituit VI. Non. Maji, quae ad novam saeculique moribus magis accommodatam scientiarum excolendarum et tradendarum rationem pertinent. Hinc Triumviri, quibus relictum erat decernere quibus potissimum modis multiplices illius decreti partes reipsa perferentur, Kal. Junii decretum ipsum explicatius asseruerunt.

Igitur cum sanctum esset ex veteribus Gymnasii scholis nonnullas clau-

dere, novasque aperire, quas mores et aliarum gentium exempla poscere vide-  
rentur, statutum est, secundas ejusdem disciplinae scholas, cum vacarent, ces-  
sare omnino, atque earum locum *canonicas et medicas Institutiones, Jus pu-  
blicum, Rem agrariam, Morbosque puerorum, mulierum et artificum oc-  
cupare.* Metaphysica vero a Logica dissocietur, sed Logicae penso addatur *Ars  
critica.*

Quia vero ipsa quoque docendi et discendi ratio, amplificatis jam per nova  
inventa commodis et praesidiis, aliam quamdam formam induit, sublatis impo-  
sterum scholae *ordinariae* atque *extraordinariae nomenclationibus,* Professores  
omnes quotidie docebunt, primo quidem die publice ex cathedra, altero privatim  
ex plano; idque in sua quisque schola, toga indutus, per horam integrum, data  
insuper audientibus venia interrogandi de rebus dubiis. Absoluto autem lectio-  
num publicarum curriculo, clausoque Gymnasio, non idcirco privatae cessabunt,  
sed Professor quilibet domi docebit, donec juventus Patavii erit addiscere cu-  
piens, et coepita jam pensa conficere. Et quia temporis maxime habenda ratio  
est, ne sibi invicem scholae hac de causa impedimento sint, hora *integra* in  
dies singulos unicuique ad docendum assignatur; at post ternos horae quadrان-  
tes signum dabitur, ut prompti sint qui succedere loco debent. Quartus vero  
dies, quem occupare Professores extraordinarii consueverant, silentibus aliis,  
imposterum exercitationibus chirurgicis in Nosocomio concedatur quamdiu pul-  
sabitur campana. In aedibus Gymnasii autem hora prima matutina Botanicus  
e suggestu de re sua disputabit, altera Chymicus experietur. Totum vero po-  
meridianum tempus physicis experimentis tribuetur. Porro Chymicus et Physi-  
cus vacabunt die tertio exercitationibus suis necessaria paraturi.

Ad Anatomicum quod attinet, ipse operam suam studiosae juventuti prae-  
stet in Nosocomio a Novembri mense ad XIII. Kal. Febr. Subinde vero in Thea-  
tro Gymnasii de more doceat ad Nosocomium absoluto penso redditurus, ibique  
docturus, quoties tempestatis ratio et temperies feret.

Studiis quoque astronomicis consulatur; ac proinde Magistratus, tradita  
jam sibi a Senatu facultate, opportune constituant quae opus erunt ad Specu-  
lam erigendam, atque instrumentis ornandam pro saeculi more et industria  
necessariis.

Quoniam vero Professor quilibet peculiari studio anni litterariorum initio scho-  
lae suae praeludere solet, bina hujus primae disputationis exempla in promptu  
habeat, quorum alterum suae classis Actuario tradat, alterum Venetias mittat.  
Triumviris autem loco et tempore curae erit, ne quem operaे suae poeniteat.

Renovato rotulo, typisque edito, apparebit quibus scholis utrumque Venerum Collegium constare debeat. Hinc *Juristarum* quidem Collegium *Jus caesareum et canonicum, Jus publicum, Pandectae, Institutiones civiles et canonicae component.*

*Artistarum autem ultraque Medicina tum theorica, tum practica, Philosophia matutina et pomeridiana, Anatomia, mulierum et artificum curationis, Experimenta physica, et Institutiones medicae; et si quis Professor forte desit, is sufficiatur, cuius schola proximum in rotulo locum habet: atque utrumque sit, nunquam Collegium legitimum censeatur, nisi seni saltem Professores adsint. Haec de Collegio Veneto. Ad Collegium vero Sacrum, seu Pontificium, jus habeant ex Juristis scholae omnes; ex Artistis quatuor primariae, scilicet Medicina theorica et practica, Philosophia matutina, et Anatomia; insuper illae quibus Principis rescripto conceletur.*

Hactenus de scholis et Magistris. Ad studentes quod spectat, cum hi per quadriennium Patavinas scholas frequentare jubeantur, ne ignorent quosnam potissimum Professores quolibet anno sint audituri, sic habeant. Illis, qui se Jurisprudentiae dederunt, pensum anni primi erunt *Institutiones civiles et canonicae; secundi Jus civile et canonicum matutinum; tertii Jus civile et canonicum pomeridianum, et de Feudis; quarti Jus publicum, Pandectae, et Criminalia.* Artium autem studiosi annum primum dabunt *Philosophiae pomeridianae, naturali Historiae, Logicae, et Elementis geometricis; secundum Philosophiae matutinae, Mathematicae, Astronomiae, et morali Philosophiae; tertium Medicinae theoricae, medicis Institutionibus, Chirurgiae, Botanicae, et Graecae Latinaeque Humanitati; quartum Medicinae practicae, Anatomiae, Alchymiae, Arti agrariae, puerorum, mulierum et artificum curationi.* Caeterum Juris studiosis liberum erit anno primo et altero Logisticum et Philosophum audire, eorumque testimonia veri ex suis adjicere. Quia porro *Theologiae quoque et Chirurgiae* studiosi ex decreto anni praeteriti biennio scholasticas immunitates consequi possunt; illi quidem ut eas consequantur anno primo Professores audiant *Metaphysicae, Linguarum Orientalium, et Sacrae Scripturae; altero Theologiae, et moralis Philosophiae;* isti autem Chirurgiae et Anatomiae scholis se frequentes interfuisse probabunt.

Illud vero omnes advertant, ex eodem anni superioris decreto non publicae modo scholae, verum etiam privatae testimonia ad quadriennium probandum esse afferenda duorum saltem Professorum sacramento firmata.

Servi publici, qui *Bidelli* dicuntur, aperto Gymnasio prompti aderunt Pro-

fessoribus Venetis, eorumque theoreticis, practicisque exercitationibus ubique  
que sient sui muneris operam praestabunt, bis in mense rationem Magistratui  
fideliter reddituri. Adnotamus tamen per posteriora decreta, annis praecipue  
MDCCLXII. MDCCLXIII. MDCCLXVIII., quae suo loco dabimus, plura esse  
variata, quae hic decernuntur.

MDCCLXII. *Angelus Antonius Fabro Taurisanus*, Institutionum canonica-  
rum Professor, Pro-Rector et Syndicus ex litt. MDCCLXI. III. Id. Sept. Syndici  
utriusque Universitatis cum Cancellariis, aliquot Professoribus et scholari-  
bus, venia prius a Triumviris impetrata, XVI. Kal. Julii Venetias profecti sunt,  
ut Duci *Marco Foscarini* recens electo totius Gymnasii nomine gratularentur.  
Quamvis enim hae publicae gratulationes, quae diu in usu fuerunt, quarum po-  
stremam Duci *Nicolao Sagredo* magnifice habitam anno MDCLXXVI. habes  
accurate descriptam a Faccioli (*De Gymn. Pat. Syntag. II.*, et *Fast. Pars III.*  
pag. 55), ad sumptus vitandos, qui praeter modum excreverant, vetitae sint an-  
no MDCLXXXIV.; tamen visum est hoc in casu indulgendum aliquid, atque a  
legis severitate aliquantulum discedendum eo quod novus Dux de universis Ve-  
netis litteris optime meritus ad supremum Reipublicae fastigium evectus esset  
dum Triumviralem Magistratum ante occuparet.

Hoc anno XIV. Kal. Octob. *Hieronymo Zuccato* egregio viro, qui Trium-  
viris erat a Secretis, et a manu missionem obtinenti suffectus est *David Mar-  
chesini*, qui cum ad gravem vixisset senectutem diu in eo munere Magistratui  
operam suam praebuit.

Quandoquidem vero experientia rerum magistra compertum est, non omnia,  
quae ad Gymnasii studia reformanda anno superiore constituta fuerant, pro tem-  
porum conditione feliciter evenire, Senatus III. Kal. Octob. confirmatis iis, quae  
ad *Speculam astronomicam*, ad *Juris publici scholam*, et ad *medicas in  
Nosocomio exercitationes pertinent*, rursus docendi initium ad Kal. Novemb.  
revocat; *cathedras disciplinarum secundas*; dies ad docendum ordinarios  
et extraordinarios, publicasque de more quotidianas lectiones restituit; et  
privatas scholas saepius imperatas ex veteri consuetudine in Professorum  
domibus haberijubet, tollendo etiam hac in re superioris anni decretum, quo  
privatae scholae in aedibus gymnasticis alternis diebus cum publicis erant ex-  
ercendae.

MDCCLXIII. *Joseph da Pace* Venetus, Juris civilis mat. secundo loco Pro-  
fessor, Pro-Rector et Syndicus iterum litt. IV. Non. Octob. MDCCLXII. Dux  
*Marcus Foscarini*, anno superiore prid. Kal. Jun. electus, summo cum Civita-

tis, Gymnasii omniumque ordinum moerore anno nondum exacto obiit III. Kal. April. Cum autem saepius Gymnasium Triumvirali potestate rexisset, Professorum ordo pecunia viritim collata statuam ipsi in Gymnasio de more Triumviris annuentibus posuit hoc titulo: *Marco Foscarenō Duci Venetiarum, civi, oratori, scriptori, Principi immortali, reipublicae litterariae Triumviro benemerentissimo, statuam quam Gymnasii Patavini Professores laeti gratique viventi paraverant, morte praerepto moestissimi collocarunt anno MDCCCLXIII.*

*Foscari* successor datus est XIII. Kal. Maji, dum ipse quoque Gymnasio praeesset, *Joannes Aloysius Mocenigo*, qui unus maxime poteratdecessoris desiderium, quod nulla erat ablatura aetas, minuere. Hinc Magistratus Professoribus concessit, ut ipsi quoque in Gymnasio statuam grati animi testimonium collocarent epigraphe his verbis inscripta: *Aloysio ex inclita Mocenica Gente VII. Venetiarum Duci, pio, munifico, benignissimo, ob quas virtutes in Triumviratu quoque litterario spectatus, Patavini Gymnasii Professores uno omnium consensu statuam posuere anno MDCCCLXV.*

Anni superioris decreto explicatius alterum addiderunt Triumviri Senatus auctoritate IV. Non. Aug., per quod plura alia tolluntur anno MDCCCLXI. sancta, pluresque revocantur veteres consuetudines tunc abrogatae. Itaque iis repetitis, quae anno superiore statuta sunt, confirmata etiam medica in Nosocomio schola, chirurgica insuper addita est, ne juventuti proficere cupienti practicae utriusque curationis instructio desit. Hinc addita quae sequuntur.

I. Acroasibus, quae in Gymnasio babentur non scholaribus modo, sed Professoribus quoque liceat interesse, modo ne causa hac minime idonea suas omittant.

II. Confirmatur decretum MDCCCLX. Kal. Octob., quo imperatum est, ut trientalia privatae scholae testimonia non secus ac publicae necessaria illis omnibus sint, qui quadriennio sunt obnoxii; ita tamen ut publicae quidem a Professoribus veteri more assignatis obtineantur, privatae autem a Professore quovis ut cuique libuerit. Monemus tamen, hoc etiam arbitrium quoad privatas scholas per posteriora decreta sublatum esse.

III. Nummus aureus in annos singulos immunitatum loco tribuetur unicuique, ejusdemque beneficij ipsi quoque Theologiae et Chirurgiae studiosi per biennium participes esse poterunt, si rite recteque probaverint, se publicis privatisque scholis eodem temporis spatio assiduos adfuisse.

IV. Privati Civitatis magistri intra Grammaticae et Rhetoricae elementa institutionem suam contineant, ne juvenes disciplinarum studiosi a publicis

**Gymnasii scholis avertantur. Professores vero assidue doceant, nec abesse Patavio sine Magistratus venia possint.**

V. Confirmantur ea, quae vetus consuetudo intulerat quoad *recitationes* ad lauream obtainendam (quae nunc, ut diximus, examinibus inductis desierunt). Confirmatur etiam quod si quis vel in Veneto, vel in Sacro Collegio gratis ornari cupit ne sortis beneficium imposterum expectet, sed veteri more supplere imploret, suaque se modestia et sedulitate commendet.

VI. Bidelli prompte adsint dum apertae scholae erunt exercitationibus cunctis theoreticis et practicis, et Professores quisque suos admoneant quibusnam diebus et horis scholae munera obire debeant. Ne tamen sibi licere puent ad Magistratum referre, si qui forte Professores muneri suo desint.

Erit qui referat. Per postrema haec verba ablata Bidellis referendi facultas est, quae quidem antiquissima erat, iterumque ac saepius confirmata.

**MDCCLXIV.** *Petrus Businello* Venetus, Cler. Reg. Theat., Juris canonici mat. secundo loco Professor, Pro-Rector et Syndicus iterum ex litt. **MDCCLXIII.** XVII. Kal. Octob.

**MDCCLXV.** *Joannes Baptista Bilesimo Feltrinensis*, Juris publici Professor, Pro-Rector et Syndicus litter. **MDCCLXIV.** VIII. Kal. Octob. Annuit hoc anno Magistratus X. Kal. Apr., et Kal. Maji, frumentarias, vinariasque immunitates, quarum pretium solvit Septembri mense sex etiam Professoribus recens electis hoc anno eo mense exacto. immunitas esse tribuendas ex aerario quod vocant *matricularum*.

Haeredes *Antonii Arrighi* hoc anno defuncti; exemplis *Julii Sala* et *Joannis Veslingii* in libello supplici allatis, integrum totius anni stipendum obtinuerunt, Triumviralibus litteris datis prid. Id. Jun.

**MDCCLXVI.** *Pax Mariani* Venetus, Pandectarum et Codicis Professor, Pro-Rector et Syndicus litter. **MDCCLXV.** XII. Kal. Octob. *Joannes Donci* Praefectus et Pro-Praetor dum Patavinam provinciam felicissimo imperio procuraret obiit prid. Non. Febr., cunctisque ordinibus optimi Rectoris desiderium reliquit. Magistratus illorum negligentiae occursens, qui laurea insigniti ipsius diploma repetere omittebant, sanxit IV. Non. Maji, ut ad *gradus* accessuri dum triduo ante apud Bidellum definitam pecuniam ad impensas depouunt, addant etiam quam symbolam leges iis decernunt, qui laureae et titulorum diplomata conscribunt.

**MDCCLXVII.** *Antonius Terzi* Bergom., Juris canouici matut. primo loco Professor, Pro-Rector et Syndicus litter. **MDCCLXVII.** XII. Kal. Octob. Obiit

hoc anno IV. Non. Februar. Patavinus Pontifex, Gymnasii Archicancellarius et Cardinalis, *Sanctes Veronese*, pietate, comitate et modestia spectatus, illiusque successor *Marinus Priuli* Cardinalis huc a Vicentina Sede migravit VIII. Id. April.

**MDCCLXVIII.** *Joseph da Pace Venetus*, Juris civilis matut. secundo loco Professor, Pro-Rector et Syndicus III. ex litter. IV. Non. Octob. MDCCLXVII. Novam veluti formam induit magna ex parte Gymnasium ex Triumvirali Constitutione III. Id. Septemb. Senatus auctoritate confirmata X. Kal. Octob. Tunc enim nova schola Juris publici ecclesiastici instituta, quatuor ex Juristis sublatae sunt, una scilicet civilis Juris, altera canonici, insuper scholae Pandectarum et Criminalium vacandi venia Professoribus concessa, qui eas occupabant, integroque singulis stipendio in reliquum vitae tempus liberalissime condonato. Scholae etiam omnes publicae tum civiles, tum canonicae, quibus interesse scholares jubentur, ad matutinas horas traductae sunt, pomeridiano tempore privatis exercitationibus, aliquibus scholis Artium, tertianisque quos vocant, Patavinis Professoribus relicto. Denique ex hac Constitutione, simulque ex alia IV. Kal. Septemb. MDCCLXXI., de qua suo loco, originem habuit ea ratio omnis et ordo disciplinas tradendi, scholasque exercendi, quae nunc obtinet, et quam accuratius explicabimus cum de singulis Jurisprudentiae et Artium scholis agemus.

**MDCCLXIX.** Co. *Matthaeus Franzoja* Taurisanus, Juris natur. Professor, Pro-Rector et Syndicus ex litteris anni superioris III. Kal. Octob.

**MDCCLXX.** *Angelus Antonius Fabro* Taurisanus, Juris publici ecclesiastici Professor, Pro-Rector et Syndicus iterum ex litter. MDCCLXIX. III. Id. Septemb. Duo Magistratus declaravit VI. Kal. Maji, quae titulos respiciunt in Venetiis Collegio obtainendos. Primum nempe, in litteris quibus Triumvirum indulgentia illud pauperibus conceditur, qui impares sunt Pontificii Collegii sumptibus obeundis tres hasce consuetas loquendi formulas *titulo paupertatis, sine deposito, ministrorum mercedibus reservatis* eodem omnino recidere, omnium sensum esse. Alterum eos, qui cum subditi sint Veneto imperio, nec privilegio maritimae nationis fruantur ejusdem Magistratus venia obtainuerint lauream in eodem Collegio petere more exterorum, ex hoc non esse intelligendos a quadriennii curriculo immunes, cum id unice ad Senatum spectet quibus maluerit suffragiis suis impertiri.

**MDCCLXXI.** Co. *Matthaeus Franzoja* Taurisanus, Juris natur. Professor, Pro-Rector et Syndicus iterum litt. XVIII. Kal. Octob. MDCCLXX. Jusserat

**Senatus anno superiore XVIII. Kal. Maji, Triumviros, ut Gymnasium inviserent,** Patavium petere, quod ab anno MDCLXXIV. nunquam acciderat, ut mox iis referentibus et ea statueret, quae posceret Gymnasiū decus, et prava corrigeret, quae temporum vitio forte irrepisissent. Itaque hoc anno VI. Id. April. Sebastianus Giustiniani, Andreas Tron eques, et D. M. Procur. Sebastianus Foscarini eques Patavium perrexerunt, litteris tamen prius ad Syndicos datis per *Marchesini*, qui Triumvirum erat a Secretis, quibus imperatum est, ut Urbis Rectores de privato Magistratus adventu admonerent, simulque ab omni comitatu, publicoque obsequio et ipsi, et Decuriones Urbis, et scholares, et Collegia abstinerent. Postquam autem Gymnasium lustrassent Venetias regressi ad Senatum retulerunt Kal. Junii. Senatus ipsorum sedulitate et prudentia laudata ea omnia confirmavit, quae pertinent ad thermas Aponenses reficiendas, ad Architecturae civilis scholam instituendam, ad privatas scholas iis omnibus rursus interdicas, qui Professoribus adscripti non sint, ad armorum usum scholaribus vetitum, denique ad Collegia, quae juvenes scholares alendos excipiunt, quorum cura praecipue Sebastiano Foscarini equiti commissa est. Triumviri vero rebus omnibus maturius consideratis, explicatiorem Constitutionem addiderunt IV. Kal. Septemb., Senatus auctoritate sancitam XIV. Kal. Octob. Haec autem, confirmato decreto anni MDCCLXII., quod scholarum exordia ad Kal. Novemb. retrahit, addit:

I. Ii omnes, qui scholasticis juribus frui velint, nomen suum profiteri debent apud Rectores Urbis intra dies decem a Kal. Novemb. numerandos, ut in scholarium album, seu *matriculam* referantur.

II. Huic legi, omnibusque aliis ad quadriennium pertinentibus, jubet eos omnes omnino parere, qui vel Patavii nati sunt, vel in agro Patavino; clericos praeterea, qui in episcopali Seminario erudiuntur, veteri tamen privilegio iis reservato audiendi magistros suos per totum quadriennium quidem si Jurisprudentiae, per biennium vero si Medicinae operam dent; illos demum qui, origine Graeci vel Dalmatae, Venetiis sibi vel in Continenti domicilium fixerunt: ideoque ii tantum intelligentur soluti, qui vel ad Patavina Collegia jus habent, vel reipsa exteri sunt, vel Graeciam aut Dalmatiam incolunt.

III. Praecipitur cauponibus, iis qui juvenilibus Collegiis praesunt, omnibusque aliis qui scholares tecto excipiunt, ut scholarium apud se manentium nomina ad Juristarum Actuarium deferant, atque ab eo syngrapham repetant gratis concedendam ad scholares apud se excipiendos, tributis Actuario ob nova haec onera libellis annuis CCCX.

IV. Professor quilibet in quotidianis scholae exercitationibus librum, a Magistratu tamen antea probatum, sibi sumat explicandum, qui regula sit, et canon disciplinae tradendae. Disciplinae autem, quae elementaribus annuntiantur, Logica scilicet, Institutiones tum Juris utriusque, tum Medicinae, linguisque Graecam et Hebraicam privata ratione, atque Italico sermone tradantur, sex tantum singulis annis ad Gymnasii decus preelectionibus impositis publice et latine pronunciandis, quod onus iis quoque commune sit, qui vel agrariam artem, vel botanicam, vel chymicam tractant.

V. Nemini vel in Jure vel in Artibus laureae petendae jus sit, dummodo a quadriennii lege non sit solitus; qui quolibet labente scholastici curriculi anno examen non subierit a Professoribus interrogatus coram Praeside a Magistratu quotannis mittendo. Qui vero examinatus suffragia propitia bis plura contrariis non obtineat reprobatus intelligatur, proximo anno in eadem schola mansurus. Addimus quod Ducales litterae proximi sequentis anni constituunt, neminem hac lege solvi posse nisi Senatus decreto, quod ex quinque suffragiorum partibus propitia quatuor obtineat.

VI. Poenae confirmantur, quae leguntur in decreto VIII. Id. Novembbris MDCXIII. aliisque pluribus, indictae iis qui per quaestiunculas, quae *Puncta* vocantur, scholares ad lauream comparant; munere hoc ex veteri consuetudine reservato binis tantum ex ultraque Universitate Professoribus a Magistratu quolibet anno eligendis.

MDCCLXXII. Co. *Hieronymus Beltrami* Acelensis, Juris civilis matut. Professor secundo loco, Pro-Rector et Syndicus ex litt. MDCCLXXI. VII. Kal. Octob. Decreverat Senatus elapso anno MDCCLXXI. VII. Id. Decemb., ad D. Antonium Viennensem in coenobio olim Canonicorum Regularium Collegium institui ad eos scholares excipiendos, qui variis testantium legatis ad Patavinum Gymnasium missi hospitio carent, ejusque rei curam, ut innuimus, *Sebastiano Foscarini* equiti Reformat. commiserat. Hinc postquam aedes publicis sumptibus ad novum usum aptatae sunt, et commoda supellectile ornatae, assignatis ad hoc argenteis MMM., Collegium hoc anno VI. Id. Septemb. apertum est novo Senatus decreto. illudque D. *Maroi* Collegium nuncupatum. Jus autem ad ipsum concessum est eodem decreto scholasticis Auximanis ex testamento mss. *Andreae fil. Andreae Recinetensis* ann. MCCCXCVII.; *Cypriis* ex *Garfani* Nicosiensis institutione anno MCCCXCIII.; *Feltriensibus* ex legatis *Cornelii Gostaldi* anno MDXXXVI., et *Galeatii Tomitano* ann. MDCXIX.; *Taurisanis* ex testamentis *Hortensii de Fabri* ann. MDLXXII., et *Thaddaei Adelmari* ann.

MCCCCLIV.; *Bellunensibus* ex legatis Episcoporum *Julii Contarini* anno MDLXXII., et *Ludovici Lollini* ann. MDCXXIV.; *Brixianis* ex testam. *Hieronymi de Lamberti* ann. MDIX.; *Saccensisbus* ex testamento *Vincentii Gallo Canonici* ann. MDCVIII., et *Ascriviensibus* ex Senatus decreto MDCXXXIV. XV. Kal. Decemb. Denique in novum hoc Collegium antiqua tria migrare: primum a *Jacobo d'Arquà* medico ann. MCCCXC.; alterum a *Jacobo Coco*, Canonico primum Patavino, mox Archiepiscopo Corcyrensi ann. MDLXV.; tertium a *Thoma Philologo de Rangoni* Ravennate, et Venetiis medicinam faciente anno MDLXXVII. supremis tabulis institutum. Illud etiam provisum ut Magistratui facultas sit Collegii beneficium, si commode fieri possit, ad alios etiam, ultra hunc alumnorum numerum, pretendere. Porro Rector praepositus est ecclesiasticus saecularis, cui leges, alumnorum mores, familiae totius disciplina, supellectilis custodia, famulorum, luminum, lignorum ministratio committeretur, tributis ad haec onera sustinenda annuis argent. CCL., et ex bonis jam relictis a *Thoma Philologo Ravennate* argent. LXX., et ex omnibus alumnorum legatis parte vigesima quinta. Denique Rector ipse, Senatus auctoritate et Triumvirum, rescript. Non. Sept., in possessionem missus est hospiti, seu *prioratus*, quem vocant, D. Danielis, cuius bona annuis constant libellis MLXXIX., quae dos Collegii perpetua foret. Insuper, cum aedibus templum adjectum sit D. Antonio Abbatii sacrum, ad Rectorem spectat statis diebus divina facere, ornatumque templum sacrasque supellectiles servare, quo nomine annui argent. LXXX. ex aerario Gymnasii eodem rescript. solvuntur. Magistratus vero, triginta editis capitibus, munera comprehendit Rectoris, alumnorum et ministrorum; tum leges omnes, quae ad religionem pertinent, mores, omnemque domesticam disciplinam.

Rector primus electus a Triumviris, et S. C. confirmatus, *Joseph Tinozzi*, vir probatae fidei et integritatis, Collegiique regimini adhuc feliciter praeest.

Caeterum alia nunc extant Patavii publica hujus generis Collegia, praeter ea quae, consumptis jam bonis, jam pridem exciderunt; scilicet antiquissimum *Tornacense* ad puteum *Campionis* jam anno ortum MCCCLXIII. auspiciis Principum Carrariensium, et cura *Petri de Boateri* Bononiensis, cuius omnis administratio ad Venetiarum Patriarcham migravit, ad quam nomen et jura per venere Abbatis S. Cypriani de Muriano, cui detulerat institutor jus eligendi: *Pratense* ex institutione *Pilei di Prata* Episcopi Patavini, mox Ravennatis, postremo Tusculani, et Cardinalis ann. MCCCXCIV.; aedibus magnifice extuctis e regione basilicae D. Antonio sacrae, cuius cura penes Episcopum est, additis

Praeside Collegii Jurisconsultorum, et Patavinis Patriciis duobus, qui seniores sint ex gentibus Leonia et Zabarella: *Ridium a Nicolao et Daniele da Rio* civibus Patavinis institutum ann. MCCCXCVIII. et MCCCCLXI., cujus procuratio ad *Ridiam* gentem spectat, senioribus ex hac gente reservato jure alumnos probandi et recipiendi, quorum electionem tamen jusserunt institutores ad quinque illiberalium artium gubernatores pertinere: *Englescum a Francisco degli Engleschi Florentino* anno MCCCCLXVI., atque a Catharina ejus uxore quadriennio post suis bonis ditatum supremis tabulis: *Amuleum a Marco Antonio Da Mula Cardinali* anno MDC..... Venetis adolescentibus ex Patriciorum ordine apertum, cujus alumni, aedibus relictis insigni magnificentia in Prato Vallis extuctis, Somaschensibus Patribus traditi fuerunt instituendi: *Graeca duo* denique in easdem nunc aedes erecta, quae eodem etiam Rectore ac Praeside utentur, quem auctoritate sua Triumviri praeficiunt; alterum a monacho *Gerasimo Paleocapa Cretensi* anno MDCXXIII.; alterum a *Joanne Cotunio* equite Macedone, et primario Philosophiae in hoc Gymnasio Professore institutum ann. MDCLIII. Atque in primo quidem nunc Graeci juvenes aluntur decem, publicasque Gymnasii scholas adeunt; in altero vero octo ex eadem natione pueri, qui ab ipso Collegii Praeside institutionem in Graecis Latinisque litteris accipiunt ei aetati accommodatam. Nunc utrumque Collegium regit vir gravissimus *Joannes Litino Zaczynthius*, Graecus sacerdos, qui *Spiridioni Luci* successit ann. MDCCLXX., idemque totius Graecae nationis in Gymnasio Protector ex litt. Triumvir. MDCCLXXXIII. Idib. Aug., singulari prorsus his temporibus exemplo, ut qui Professor non sit ad munus hoc admittatur. Hic etiam adnotamus hanc Graecorum Collegiorum conjunctionem confirmatam a Senatu esse Non. Januar. MDCCLXXXIV., concessumque alumnis *Paleocapae*, ut septennii beneficio frui possint, ideoque emenso quadriennii curriculo, acceptaque laurea, Venetias profectis, ibique triennio degentibus ut forensibus rebus operam dent, iisdem argent. LX. in annos singulos sufficiuntur, qui Patavii in Collegio manentibus sunt constituti.

Itaque quoad haec Collegia, quae domo non carent, propriamque formam habent, suis legibus reguntur et stant, nihil visum est esse innovandum.

*Marinus Priuli* Cardinalis, et Patavinus Pontifex, ecclesiasticae disciplinae studiosissimus, obiit VII. Kal. Novemb., atque ad hanc Sedem Veronensi, quam post Turcellanam occupaverat, reicta migravit XIX. Kal. Januarii *Nicolaus Antonius Giustiniani*, cuius pietatis, religionis, humanitatis memoriam inter caetera apud posteros perennabit magnificum Nosocomii ad aegrotos excipie-

dos aedificium, quod ipso praecipue curante ferventi opere exsurgit. Ipsi autem advenienti utriusque Universitatis Syndici Archicancellario suo publice de more gratulati sunt.

MDCCLXXIII. *Petrus Businello Venetus*, Cler. Reg. Theat. ex-Generalis, Professor Juris canonici secundo loco, Pro-Rector et Syndicus III. ex litter. MDCCLXXII. XIV. Kal. Octob. Cum Seminarii episcopalnis alumnis *vetus* privilegium, quousque ibi manent, sit reservatum, decreto MDCCLXXI., audiendi magistros suos, Senatus hoc anno prid. Non. Octob. constituit, Doctores eos, ut aequa sit atque uniformis institutio, in Gymnasii disciplinis tradendis iisdem cum Professoribus libris seu *textibus* uti, atque eadem hisce alumnis in Gymnasio quolibet anno examina esse obeunda, quae scholaribus reliquis imperantur. Decernunt Triumviri litteris VII. Kal. Decemb., ut si quis legitima causa a Collegio absit, cum tituli conferentur, ne sportulam amittant; secus autem si causa legitima haud sit, quo in casu sportula ad eum Professorem deveniat, qui in absentis locum ex legibus advocatur.

MDCCLXXIV. *Benedictus Mariani Rhodiginus*, Professor Juris civilis matut. secundo loco, Pro-Rector et Syndicus ex litt. VII. Id. Septemb. ann. super. Duo sanxit Senatus hoc anno, quae pertinent ad scolasticas immunitates. Primo enim VII. Kal. Februar. in beneficii hujus societatem Patavinos etiam cives Professores advocavit, quibus antea denegabatur. Hoc autem S. C. ita interpretati sunt Triumviri VII. Id. Aug., ut ad tertiorum etiam locorum Professores quoscumque protendatur; ita tamen, ut cum caeteri in antecessum anno scholastico ineunte, isti solum exeunte beneficium consequantur; addita etiam conditione, ut testimoniis probent, Actuariorum et Syndicorum sacramento firmatis, se diligenter eo anno scholae muneribus satisfecisse. Deinde Kal. Octob. cavit, ne cui unquam immunitates duplicatae solvantur, nisi id speciatim indultum sit a Senatu, licet plures in eamdem personam tituli coeant. Hinc qui percrebruerat, abusum aufert, ut duplices aliquis immunitates, et quia Professor, et quia nationis alicujus Protector perciperet.

MDCCLXXV. *Matthaeus Co. Franzoja Taurisanus*, Juris nat. et gentium Professor, Pro-Rector et Syndicus III. ex litt. MDCCLXXIV. VI. Kal. Septemb.

MDCCLXXVI. *Petrus Braidotti Forojuliensis*, civilium Institutionum et Artis notariae Professor, Pro-Rector et Syndicus litt. Non. Septemb. ann. super. Cum tribus partibus scholastici anni curriculum constet, quibus singulis exeuntibus scholaris quilibet a Professoribus suis syngraphas sacramento firmatas repeatit scholarum frequentiam testantes, visum est Magistratui satius esse si scho-

lastici menses aequis portionibus dividerentur. Itaque cum antea pars prima anni scholastici ad festa Natalitia, altera ad festa Paschalia, tertia ad Kal. Maji excurseret; nunc ex Triumviral. litteris III. Id. Aug. hujus anni menses duo cuilibet assignantur: November scilicet ac December primae; Januarius et Februarius alteri; Martius et Aprilis tertiae, et trientalia scholarium testimonia Kal. Jan., Martii, Kal. Maji obtineantur. Taxatio impensarum saepius facta ad lauream obtinendam non omnino potuerat callidam Bidellorum cupiditatem coercere, qui loco schedae editae Senatus auctoritate manuscriptam aliam clam supponendo sumptus praeter modum, quaesitis undique causis, augebant. Igitur Magistratus etiam hoc anno huic malo occurrentis prid. Id. Septemb. quaelibet hac in re arbitria damnavit; imo, ut omnis demeretur occasio definitos limites iniqua interpretatione transiliendi, jussit impensarum schedas, nulla ratione aut nomine violandas, non a Bidellis, sed a Syndicis imposterum laureandis preebenti.

Denique gravissima Triumv. Constitutio Id. Decemb. edita, accedente Senatus auctoritate V. Kal. Januar., edxit, lauream more nobilium, solutis quadriennii legibus, neminem consequi, nisi vel inter Ecclesiasticos episcopali dignitate decoratos, aut Protonotarios quos vocant Apostolicos participantes et ecclesiarum cathedralium Canonicos: inter Laicos vero Venetos Patricios et Gymnasii nostri Professores. Illud etiam additum est, ut qui reipsa non origine modo, sed etiam domicilio Graeci vel Dalmatae sunt, vel exteri, alienoque imperio subditi, quibus unis novissimae etiam leges, quae non tolluntur, vetus privilegium reservarunt ad lauream sine quadriennio accedendi, magisterii iuribus frui possint, medicamque artem, vel Jurisprudentiam exercere: primi quidem in Graecia tantum et Dalmatia, exteri vero extra fines Veneti imperii; quod Actuarii exprimere jubentur in diplomatis, quae laureatis Graecis, Dalmatis, vel peregrinis hoc nationum privilegio retentibus tribuuntur. Facultas autem quadriennii leges relaxandi, ipsis imposterum Triumviris adempta, Senatus tandem arbitrio relinquitur; imo hujusmodi decreta in Senatu ipso ex quinque suffragiorum partibus quatuor saltem proprias ferant oportet.

MDCCLXXVII. *Aloysius Guerra* Patavinus, Juris publici ecclesiastici Professor, Pro-Rector et Syndicus ex litt. MDCCLXXVI. Obiit *Marcus Antonius Telaroli* Juristarum Actuarius, vir diligentia et fide commendandus, de Universitate, cuius Acta collegerat et ordine distribuerat, apprime meritus; in ejusque locum venit *Franciscus Antonius* ejus filius, ex Triumv. rescript. IV. Kal. Septemb., cum patris merita impulerint Magistratum ut filium solveret recenti lege, quae triginta saltem annorum aetatem ad hoc munus desiderat.

**MDCCLXXVIII.** *Alexander Barca Bergom., ex Cleric. Regul. Somasch., Professor Juris canonici matut. loco tertio cum paritate secundi, Pro-Rector et Syndicus ex litt. XVII. Kal. Octob.; sed ei, Patavio abeanti mense Junio, successit in reliquos menses, ac pro Syndico egit Petrus Braidotti Forojuliensis, Professor civilium Institutionum. Triumvir. edictum IV. Kal. Octob. Senatus auctoritate sancitum, atque in omnes Venetae ditionis civitates diffusum, ut scholaribus omnibus Patavium adventantibus innotesceret, quamcumque armorum licentiam denuo coërcet, ac demit, gravissimisque saepius indictis poenis novas non parentibus addit. Ultimus hic annus fuit Sereniss. Venetiarum Duci Aloysio Mocenigo vita functo prid. Kal. Januar. Princeps fuit integritate, religione, suavitate, munificentia prorsus singulari, omniumque semper ordinum expectationem, ac nobilissimae gentis in principatu famam tot saeculis confirmatam aequavit. Dignissimus fuit, qui ipsi in principatu sufficeretur Paulus Renier omnibus ad imperandum dotibus cumulatus. Et quia ipse quoque Gymnasium Triumvirali potestate, summo litterarum bono, administraverat, statuam vivens a Professoribus, grati animi monumentum, ultro constitutam obtinuit, epigraphe his verbis insculpta: *Paulo Rainerio domi forisque clarissimo, nunc Venetae reipublicae Duci, bonarum artium cultori ac patrono perpetuo, publici Professores MDCCLXXX.**

**MDCCLXXIX.** *Benedictus Mariani Rhodiginus, Juris civilis secundo loco Professor, Pro-Rector et Syndicus II. ex litt. XVI. Kal. Oct. MDCCLXXVIII.* Faustissimum hunc Patavinis litteris annum appellare non dubitabimus, nova scientiarum, litterarum et artium Academia instituta a Senatu, et munifice dictata XV. Kal. April. Tunc enim profecto sibi ipsis jure gratulatae sunt cum novam conspexerunt doctorum virorum ex omnibus ordinibus societatem ingenio, voluntate, officio, praemiis ad ipsas excolendas, illustrandas, amplificandas collectis in unum viribus incitatissimam. Socii primum coacti sunt, ac Senatus decreto publice recitato, et Praeside sibi constituto societati sua vitam quodammodo dedere VII. Kal. Maji, praesente atque auspice Dominico Micheli praetoria ac pro-prefectitia potestate Urbem ac Provinciam hanc felicissime procurante. Plurā de hoc instituto non attingemus, ne in alienam messem incurrere videamus. Academiae Acta, sibique succendentia quae prodeunt volumina quid societas haec litteris, quid reipublicae praestet utilitatis, abunde testantur.

**MDCCLXXX.** *Hieronymus Co. Beltramini Acelensis, Juris civilis Professor primo loco, Pro-Rector et Syndicus iterum litt. X. Kal. Septemb. ann. elap. Triumvirale edictum, editum IV. Kal. Septemb., accedente biduo post Senatus*

auctoritate, aliqua jubet quae Collegia et laureas respiciunt. Juvenes vel gratis, vel dimidiis expensis laureandi Magistratus indulgentia, non octo plures imposterum, quaterni in Jure, totidemque in Artibus quotannis sint; scilicet in singulis Collegiis bini, Veneto et Pontificio. Imo facultas beneficium hoc ad plures porrigendi Triumviris ipsis ita adimatur, ut irritae omnino sint ipsae Magistratus litterae, quae id largiantur. Senatus vero id non permittat suffragiis suis, nisi ex quinis quatuor propitia sint.

Impensae ad lauream in Venetis Collegiis ita augeantur, ut eas aequent, quae in Pontificiis praescriptae sunt. Hinc licet imposterum Venetum Collegium utrumque, tum Juris tum Artium, non octo, ut hactenus, sed undecim Professoribus constare oporteat; qui omnes ad Pontificia Collegia quoque jus habeant eadem sportula, et iisdem Promotorum juribus; nihilominus accidet, ut et auctis sumptibus in Venetis Collegiis, Professorum sportula non immutata, pecuniae aliquid residue supersit, et aucto e contra Professorum numero in Pontificiis, eodem sumptu manente, aliquibus sportula desit. Itaque ut malis his occurratur in Pontificiis Collegiis, ex aliorum Doctorum sportula, atque ex ministrorum mercedibus particulae aliquae detrahantur, quae pares sint simul sumptae deficientibus sportulis constituendis. Hoc vero ministrorum damnum ex pecunia pensetur, quae in Veneto Collegio residua sit. Quod siquid adhuc in hoc Collegio pecuniae reliquum, id anno inclinante inter eos Professores aequis portionibus partiatur, qui Venetum Collegium ipsum componunt.

Ad Theologorum autem Collegium imposterum jus habeant, eademque omnino sportula et Promotorum officio ordine perfruantur Professores octo, nempe: Theologiae, Historiae ecclesiasticae, Sacrarum paginarum, Philosophiae moralis, Logicae, Linguarum et Astronomiae: id tamen personae, non cathedrae datum, abrogatis scilicet decretis saeculi superioris, et recenti Constitutione MDCCCLXI. VI. Kal. Aug. Denique ad Chirurgos probandos Collegium constituent Professores seni, videlicet: Anatomicus, Medicus in Nosocomio practicus, Chirurgus, alias Chirurgus practicus in Nosocomio, Botanicus et Chymicus.

MDCCCLXXXI. *Benedictus Mariani Rhodiginus*, Juris civilis Professor secundo loco, Pro-Rector et Syndicus III. litt. VI. Kal. Octob. ann. super. Cautum est Triumviralibus litteris XV. Kal. Octob. ne cui liceat trientales syngraphas scholarium frequentiam testantes a Professoribus per alium obtinere. Jusserant eodem die Magistratus Professorem unumquemque singulis diebus cum primum suggestum concedit, scholares omnes, qui scholae suaे interesse debent, clara voce compellare, eorumque qui abessent nomina in albo expungere;

Bidellis etiam imposito ut idem agerent eodem tempore, ut duplex ista absentium et praesentium scheda simul posset comparari. Singulis binis mensibus exactis, cum de more trientales syngraphae conceduntur, schedae istae ad Magistratum Venetias mittebantur, cuius erat, iis mature perpensis, decernere quibus syngraphae concedendae forent, quibus demegandae. Sed cum quinque annorum usus edocuisse, morem hunc indecorum, ambiguitatis et tumultus plenissimum, et scholae tempus inutiliter insumere, et ineptissimum esse ad eum finem ad quem fuerat inductus, eliminandum censuit Magistratus litt. MDCCLXXXVI. XI. Kal. Jan., totumque trientalium syngrapharum negotium Professorum integritati fideique restituendum.

MDCCLXXXII. *Joannes Dubrauvich* Dalmata Brattiensis, et Phaviensis Ecclesiae Canonicus, Juris canonici Professor loco ordine tertio, Pro-Rector et Syndicus ex litt. MDCCLXXXI. XII. Kal. Octob. Prima studiorum parte absoluta, nemini trientalis syngrapha conceditur, qui producto diplomate non probet, se scholarium matriculae adscriptum; nemo autem ad examen admittatur, scholastico anno labente, qui ternas scholarum syngraphas non exegerit; nemo demum in studiorum curriculo ulterius progrediatur, qui conditionibus omnibus munitus non sit, omnibusque scholasticis muneribus anno exacto non satisficerit. Ex litt. Kal. Jun. et IV. Id. ejusdem. Qui lauream acceperint in aliqua facultate prohibentur in aliena nomen suum matriculae dare. In eam quidem incumbant, si lubet, sed sine matricula, ex litt. III. Kal. Aug. Cautum est iisdem litteris, ne Graeci, Dalmatae, peregrini, aliquique omnes, qui nationum beneficiis utentes quadriennii munera non explet, quorum pars magna ad immunitates obtainendas inter scholares nomina sua profitebantur, hoc titulo quid consequantur nisi laurea recepta.

MDCCLXXXIII. *Petrus Braidotti* Forojuliensis, civilium Institutionum Professor, Pro-Rector et Syndicus iterum litter. exacti anni XIV. Kal. Octob. Scholares in consuetis examinibus reprobati ne possint rursus suffragiorum periculo quovis titulo subjici: quod si quis id obtinuerit, suffragia eum secunda vice probantia nihil agant, nec ipsis titulos addant ulterius in scholastico curriculo progrediendi. Ex litt. Triumvir. III. Kal. Maji.

MDCCLXXXIV. *Matthaeus Co. Franzoja* Taurisanus, Juris naturalis, publici et gentium Professor, Pro-Rector et Syndicus IV.

MDCCLXXXV. *Antonius Gardin* Venetus, Institut. canon. Professor, Pro-Rector et Syndicus ex litt. V. Kal. Octob. MDCCLXXXIV. *David Marchesini*, qui annos XXIII. Triumvirum a Secretis operam suam Magistratui praestiterat,

diligentia et integritate numquam satis laudanda, senectutem infirmamque valeditudinem causatus, missionem obtinuit Kal. Jun., eodemque die ad id muneric accitus est *Joseph Gradenigo*, vir prudentia, assiduitate, morumque suavitate nulli secundus. *Joseph Giro* ab utriusque Universitatis Actuariis, ad quos recenti consuetudine id pertinet, ad laureae tum in Jure, tum in Artibus diplomata, quae privilegia dicuntur, scribenda et minio ornanda electus est, ipsis Actuariis tamen pro eo spondentibus, ut moris est. Id probarunt Triumviri VII. Id. Junii.

**MDCCLXXXVI.** *Benedictus Mariani Rhodiginus*, Juris civilis Professor secundo loco, Pro-Rector et Syndicus IV. ex litt. III. Non. Octob. Privatae lectiones omnes, quae mera consuetudine, legibusque saepius confirmatis, inter domesticos parietes ab unoquoque Professore exercebantur, in aedes Gymnasi traductae sunt; imperatumque ut ibi, statis horis, a togatis Professoribus, Bidellis etiam adstantibus, habeantur. Excipiuntur ab hac lege Chymica, Astronomia, Botanice, Agricultura, Ostetricia, et civilis Architectura, quae cum experimentis, aliisque apparatibus indigeant, suis tantum in locis, ubi haec omnia praesto sunt, commode possunt pertractari, ex Triumvir. edict. VIII. Id. Januar. Jubet id edictum, scholares omnes curare, ne vestium aliorumque ornamento rum ratio officiat generis honestati, publicisque loci dignitati.

**MDCCLXXXVII.** *Antonius Gardin Venetus, Canonicus, Institutionum Professor, Pro-Rector et Syndicus II.* ex litt. MDCCLXXXVI. V. Kal. Octob.



## DE SCHOLIS JURISPRUDENTIAE

Acturis initio de scholis Jurisprudentiae, pauca quidem praeferari opus est, ut hodierius ipsarum status, et qua exercentur ratione penitus intelligatur. Qui veteres Gymnasi nostri historias consultat, tot primis temporibus Professores inventet juris doctrinae explicandae destinatos, tot ipsis publice honores habitos, tam multiplices, variisque titulis distinctas scholas, easdemque modo apertas, modo clausas, et rursus restitutas, ut mirum sit unius scientiae, amplissimae quidem et nobilissimae, studium tantos et scholarum apparatus, et ingeniorum ardores, et impetus animorum gignere potuisse. Nam Gymnasi ipsius in scholasticam veluti rempublicam conformati, et laureae, titulorumque scholasticorum

institutio omnis, tam magnifica et pulcra res, saeculisque superioribus inaudita, Jurisprudentiae tantum studiis initio debetur. Sed dandum est aetatibus illis, ut quoniam post saevissimam omnium rerum perturbationem, quae non solum quaelibet doctrinarum lumina extinxerant, sed societatis etiam, totiusque communis vitae rationem dire turbaverat, e barbarie tandem, vitaeque feritate sese paullatim emergere sentiebant, tantum putarent huic scientiae tribuendum, quae primam veluti otii, pacisque facem praferens amissum ordinem, tranquillamque felicitatem se restituturam pollicebatur. Verum cum posterioribus temporibus, confirmata jam pace et vitae cultu mitioris vecto, furor ille aliquantulum ardorque consedit, tunc in ipsa Legum tractatione vera utilitas unice quaeri coepit, Jurisque studium ad solidam eruditionem, ad reipublicae commodum, ad optimum ingeniorum alimentum traductum est. Hinc ablatis paullatim scholis, quae, ad ostentationem potius inanemque splendorem pertinentes, ingenia inutiliter, vel ineptis eruditionum molibus, vel subtilibus fucatisque interpretum cavillationibus, fatigabantur, aliae successerunt, quae in natura aeternaque ratione fontes eos, ex quibus Leges quaecumque perpetuo diminant, consequantur, veramque Jurisprudentiam constituunt, quae rerum scientia est, non verborum tantum copiosis exsurgens commentis scholasticorum. Ne igitur scholarum harum antiquas vicissitudines et fata inutiliter persequamur, quae apud alios Gymnasii historicos inveniuntur, nos hodiernam Jurisprudentiae tradendae atque addiscendae rationem paucis complectemur.

Cum quatuor annorum curriculo Juris utriusque studiis operam scholares navare debeant antequam laureae rite petendae jus sit, Professores itidem quatuor in utroque Jure sunt constituti, qui eodem temporis spatio Legum omnium tractationem absolvunt. Itaque ipsi ex Triumvirali Constitutione MDCCLXVIII. III. Id. Sept., eodem mense Senatus Veneti auctoritate confirmata, Jurisprudentiae partes omnes ita inter se dividunt, ut quaelibet singulis annis suum habeat Professorem, qui in ea explicanda versetur. Qui Institutiones tradit, ipse in sua schola perpetuus est, easque quotannis absolvendas resumit. Tres alii vero, ad quos reliquae pertinent Juris partes, triennio absolutam continent earum tractationem, ita ut quilibet a prima incipiat parte anno primo, tradat secundam altero, ultimam tertio, mox quarto redeat ad primam, et sic deinceps. Cum vero Caesareae Leges Romanorum tot saeculorum et gentium consentione absolutissimum Juris corpus efficiant, ex quo veluti fonte caetera civitatum et nationum jura manarunt, illas explicare Professores nostri jubentur, ea tamen conditione ut quoties et occasio postulet, et suadeat utilitas, eas nostris etiam Legibus, ho-

diernisque moribus accommodent. Antiquis temporibus Codex explicabatur; sed cum animadversum esset, Justinianum ipsum in Digesta seu Pandectas quascumque Juris segregatas dispersasque partes coegisse, atque in unum collectas exhibere nobis voluisse, intellectum est Juris ipsius explicationem, servato Digestorum ordine, perfectissimam atque absolutissimam evasuram. Itaque cum in tres partes Pandectae distribuantur, scilicet in *Digestum vetus*, *Infortiatum*, et *Digestum novum*, sancitum est, ut cuiuslibet enucleatio anni litterarii pensum constitutus; ita tamen, ut Professor adnotet, cum opus est, siquid in Digestis, aut per *Novellas*, aut per alia Imperatorum decreta, vel additum est vel variatum.

Hinc patet quantum in hoc nostra ab antiquis temporibus discrepent. Quae libet enim schola antiquitus plures Professores habebat, saltem duos; sed Professores loci secundi, qui primis addebat, eadem omnino, eodemque tempore tradebant quae primi; imo inducti in Gymnasium erant non tam docendi quam certandi causa, ut nimirum cum primis, ad ingenia acienda alendamque aemulationem, de traditis doctrinis disputarent, et adversi quodammodo concurrerent, unde et *concurrentes* nuncupabantur. Nunc quoad docendi munus eadem est Professorum omnium ratio; locique primi aut secundi conditio honoris quidem dignitatis, et jurium in Collegiis, non vero muneris discrimin parit: quod non modo de Juristis, sed aequa de Medicis, caeterarumque artium Professoribus dictum volo. Muneribus vero inter Professores hoc modo distributis, libertas eodem tempore scholaribus adempta est audiendi quos mallent. Itaque imperatum unicuique, ut eos adeat praecipue, obtineatque ab illis diligentiae suaे testimonia, quarum scholae pensum anno respondeat litterarii curriculi, quem degit scholaris ipse in Gymnasio.

### Schola Juris civilis matutina primi loci.

*Jubentur scholae huic interesse Juristae omnes anni secundi, tertii vel quarti, prout Professori incumbit primam, secundam vel tertiam Digestorum partem eo anno explicare. — Assignata scholae hora prima matutina diebus ordinarii.*

**MDCCLVII.** *Stellius Mastraca* Corcyrensis scholam regebat ab anno **MDCCLIV.** **XIII.** Kal. Maij huc traductus ex secunda Juris civilis pomeridiana, quam obtinuerat anno **MDCCXLVIII.** **XV.** Kal. Aug., constituto stipendio floren. CCCL. Senatus autem quam haberet de eo opinionem, integritate et doctrina partam, honorificentius declaravit, et cum anno **MDCCL.** eum addidit comitem atque adsecessorem Senatori *Joanni Donato* Commissario ad componendas

cum Tirolensibus finium controversias, et cum absentem publica hac causa ad superiorem hunc locum evexit, ut viro optime merito gratificaretur, cuius operam utilissimam sentiebat in re ea sollicitudinis periculique plena feliciter expedienda. Hoc autem negotio egregie perfecto, atque in finibus jam constitutis dubietatibus omnibus litibusque in futura quaecumque tempora remotis, in Austriam rursus missus est Principis jussu, ut apud Augustissimam Mariam Theresiam de publicis ageret maximi momenti rebus. Reversus rediit ad scholae pensum, constanterque sustinuit ad ultimum vitae diem. Bis autem confirmatus, adjectis de more stipendii accessionibus, tandem anno MDCCCLXIV. VII. Id. Junii obtinuit flor. DCCL. Obiit MDCCCLXXII. VIII. Kal. Januar.

Edidit Orationes quatuor:

I. *De auctoritate, atque usu Juris civilis*, habita in Gymnasio Patavino XII. Kal. Jan. MDCCXLVIII.

II. *De stipulationum origine et natura*, habita III. Nonas Januarii MDCCXLIX.

III. *De dominio maris*, habita MDCCXLIX. Idib. Novemb.

IV. *De fontibus Juris civilis*, habita MDCCLVII. III. Non. Novemb. Venetiis, typis Joannis Baptistae Pasquali, 1759, 4.<sup>o</sup>

MDCCLXXIII. XV. Kal. April. *Hieronymus Co. Beltramini Accensis* ad locum hunc e secundo migravit stipendio suo flor. CCC., quod bis auctum, tandem anno MDCCCLXXXII. IV. Kal. Septemb. crevit ad floren. DCC. Quin aliquid ab aliorum Professorum laudibus detrahamus, confirmare licet neminem esse, qui in scholasticis muneribus explendis ei praestet solertia, assiduitate, et absolutissima in omnibus diligentia. Ipse enim sibi, religioni, studiis, juvenisque sibi traditae institutioni unice vivit, totusque in illis est, quae ad scholae suae decus referuntur. Nos ipsi, cum eo magistro uteremur, saepius in quotidianis lectionibus, quas omnes summa cura elaboratas ex scripto memoriter recitat, Latini sermonis nitorem, sententiarum ubertatem, rerum abundantiam, veritatesque ex omnibus naturae, rationis, Jurisque scripti fontibus derivatas, rectoque ordine inter se nexus adeo mirati sumus, ut vota faceremus, ut disputationes hae in lucem emitterentur, quae absolutam, eamdemque elegantem, quae adhuc desideratur, universi Juris tractationem exhiberent.

## Schola Juris civilis matutina secundi loci.

*Intersunt Juristae anni secundi, tertii vel quarti, prout Professor in prima, secunda, vel tertia Digestorum parte explicanda versatur. — Assignata hora prima matutina diebus ordinariis.*

**MDCCLVII.** *Joseph da Pace Venetus* scholae praeverat ab anno MDCCLIII., quo VIII. Kal. Mart. eam obtinuerat stipendio floren. CCC., quod bis auctum crevit ad DCLX. Cum anno MDCCLXVIII. X. Kal. Octob. plures Senatus sus tulisset scholas, quae minus necessariae videbantur, ut in earum locum utiliores alias sufficeret, pluribus Professōribus vacandi venia concessa est integris stipendiis, ex Principis munificentia et liberalitate primo tunc exemplo servatis in reliquos vitae annos. Professor hic ex illis fuit, qui conditione ea honorifica missionem obtinuerunt, postquam annos amplius quindecim scholam diligenter exercuisset.

**MDCCLXVIII.** X. Kal. Octob. *Pax Mariani Venetus* a Pandectarum schola, quae eodem die clausa est, huc transiit stipendio, quod tunc obtinebat, floren. DCL. Sed anno vertente fatis cessit, a Facciolati laudatus, qui eum vocat solidō virū ingenio, et forensi opera exercitatum.

**MDCCLXIX.** III. Non. Aug. *Hieronymus Co. Beltramini Acelensis*, cum jam in patria et in Foro clareret integritate, litteris et doctrina, ad scholam hanc regendam accitus est, constituto stipendio flor. CCC. Sed quadriennio nondum exacto ascendit, ut dictum est, eodem stipendio ad locum primum.

**MDCCLXXIII.** XV. Kal. April. *Benedictus Mariani Rhodiginus Beltrami* migranti ad locum primum eodem die suffectus est floren. CCC., qui post binas accessiones crevere ad DC. anno MDCCLXXXVI. III. Non. Maji. Notandum tamen, illum, biennio ante Professorem a Triumviris designatum, jussum fuisse, litteris Triumviralibus, scholam Juris civilis huic loco inferiorem privata ratione exercere, donec ipsius electio Senatui probanda exhiberetur. Ad hanc autem conductus munus adhuc sustinet cum dignitate, et utilissima audientium delectatione. Cum enim politioribus litteris et poetica facultate valeat, Juris doctrinam, asperam plerumque ac jejunam, lenire solet florenti sermone, ac plena quadam eruditiois ubertate locupletare. Edidit:

*I Cantici sacri, e la Profezia di Ezechiele sulla distruzione di Gerusalemme, colla diversità del testo ebreo, dalla Volgata trasportati in verso italiano. Padova 1767, 4.<sup>o</sup>*

## Schola Juris civilis matutina loci tertii cum paritate secundi.

*Intersunt Juristae anni secundi, tertii vel quarti, prout Professori Digestorum prima, secunda vel tertia pars explicanda contingit. — Assignata hora prima matutina diebus ordinariis.*

MDCCLXVIII. X. Kal. Octob. *Franciscus Pochini Patavinus*, Caroli Professoris filius, clausa eodem die Criminalium schola, ad hanc regendam deductus est stipendio suo flor. DC. Tunc enim Senatus decrevit, ut binis sublatis Jurisprudentiae scholis, quae vespere exercebantur, tertius hic locus, secundo tamen honore, et munere par, maturius adjiceretur, ut scholarum numerus et litterario curriculo et tribus Digestorum partibus responderet. Sed anno nondum exacto vitam clausit.

MDCCLXIX. III. Non. Aug. *Matthaeus Co. Franzoja Taurisanus*, a canonicis Institutionibus huc transiit stipendio suo floren. CCC. Sed designatus a Triumviris ut ad vacuam scholam ascenderet Juris naturalis, publici et gentium, munus accepit, rescripto Triumvirali MDCCLXXI. XIII. Kal. Jan., eam exercendi privata ratione, donec a Senatu confirmaretur, schola hac eodem modo regenda *Benedicto Mariani* relicta, ut supra retulimus.

MDCCLXXIII. III. Id. Maji. *Matthaeus dall'Acqua Jadrensis*, Canonico *Franzoja* in schola Juris natur. confirmato, *Mariani* autem ad locum secundum conducto, tertium hunc occupavit evocatus a Romano Gymnasio, in quo Jus civile didicerat, tributis stipendii nomine flor. CCC., quibus CL. accessere anno MDCCLXXX. V. Kalend. Maji. Sed diem obiit supremum eodem anno IV. Non. Octob.

MDCCLXXXI. XV. Kal. Septemb. *Joannes Antonius Turriani Venetus*, scholam obtinuit floren. CCC. cum doctrinae solertisque in docendo diligentiae in Venetis scholis periculum fecisset optimo successu. Ad nos postquam venit, expectationem de se conceptam constanter sustinet sedulitate et scientia, scholaribus etiam in primis morum facilitate et officiis mirifice gratus.

## Schola Juris civilis pomeridiana primi loci.

MDCCLVII. *Antonius Arrighi Corsicus*, adoptione Venetus, qui ad hanc migraverat anno MDCCXXXIV. IV. Id. Aug. a schola secunda matutina Juris

canonici, quam impetraverat floren. CCCC., qui saepius de more aucti tandem MDCCLXIV. IX. Kal. Jun. crevere ad MDC. Vir constanti quadam gravitate, in cuius sententiis auctoritas quodammodo residebat. Itaque cum ad juvenes instituendos a natura veluti factus videretur, aliqui ex Venetorum supremis ordinibus Principes viri filios ei in doctrinis atque in morum disciplina erudiendos tradiderunt, quos nunquam poenituit, se tantam in ipso spem et expectationem posuisse. Hinc magnis et meritis fultus et patrocinii, id etiam impetravit, ut Veneta civitate donaretur, quod et hominem ornavit, et jura ei omnia, apud nos siqua sunt quae peregrinis denegentur, attribuit. Obiit anno MCCLXV. V. Kal. Julii. Vacua fuit schola sine successore, donec anno MDCCLXXVIII. X. Kal. Octob. Senatus decreto sublata est. *Arrighi autem non docendo modo, sed etiam scribendo claruit, ediditque aliqua, quorum titulos adnotamus.*

*Oratio habita in Gymnasio Patavino cum ad Jus pontificium publice profitendum aggredetur.* Patavii, apud Cominum, 1727.

*Acroases quatuor de jure Pontificum universo, habitae in Gymnasio Patavino mense Novembri 1727.* Patavii, apud Cominum, 1728.

*Juris pontificii historia quatuor Disputationibus comprehensa.* Item Orationes, scilicet: I. *Pro jurisdictione Pontificis.* — II. *De Ecclesiis suburbicariis.* — III. *De agro limitato.* — IV. *Ad Jus pontificium.* — V. *In funere Fortunati Mauroceni Episcopi Brixianorum.* Patavii, apud Cominum, 1731.

*De vita et rebus gestis Francisci Mauroceni Peloponnesiaci Principis Venetorum Libri quatuor.* Patavii, apud Cominum, 1749.

*De vita et rebus gestis Caroli Ruzzini Venetorum Principis Liber.* Patavii, typis Seminarii, 1764.

*De bello Cyprio Libri quinque.* Patavii, typis Seminarii, 1764, 4.<sup>o</sup>

### Schola Juris civilis pomeridiana loci secundi.

MDCCLVII. *Joannes Maria Panighetti* Patavinus, origine Venetus, scholam regebat ab anno MDCCLIV. XIV. Kal. Maji deductus a loco tertio Juris canonici, quem obtinuerat XV. Kal. Decemb. anno MDCCXXVII. Cum enim in eo loco assiduam scholae operam navasset, et celebritatem etiam nominis consecutus esset, operibus editis meruit ad superiorem hunc locum ascendere stipendio floren. CCC. Obiit anno MDCCLXII. non tam merbo quam moerore fortasse confectus, quod anno ante gravissimo Triumvirum rescripto a Pro-Rectoris ac Syndici munere amotus esset. Edita ab eo habentur:

*Oratio cum primum ad Jus canonicum publice profitendum accederet.*  
Patavii, typis Conzattii, 1728.

*Disputatio de legis et consuetudinis viribus, habita in Patavina Academia ad studia instauranda anno 1729.* Patavii, typis Jo. Baptistae Conzatti.

*De Juris canonici usu in societate politica Disputatio.* Patavii, typis Seminarii, 1731.

*Disputatio de litis contestatione, habita in Patavina Academia.* Patavii, typis Seminarii, 1732.

MDCCLXV. prid. Id. Januar. *Jacobus Co. Percoti Utinensis* scholam, quae a *Panighetti* obitu triennio vacaverat, accepit flor. CCC., eamque rexit, donec anno MDCCLXVIII. X. Kal. Octob. ipsa quoque fatum primi loci secuta est, missione Professori concessa, integroque stipendio in reliquum vitae tempus liberalitate condonato. Obiit Venetiis anno.....

## Schola Juris civilis Patavinis civibus assignata flor. XX.

*Patet hora pomeridiana diebus ordinariis.*

MDCCLVII. Cum *Caspar Donati*, qui ad eam accitus erat, quinquennio ante schola abstineret, vacua ipsa fuit ad annum.

MDCCLXV. *Annibal Co. Bassani*. Sed cū triennio post a *Triumviris* designatus esset, ut scholam Feudorum acciperet, quae magis ipsius ingenio et doctrinae respondebat, antequam in ea a Senatu confirmaretur, hanc ultro dimisit.

MDCCLXVIII. III. Id. Julii. *Felix Co. Maldura* ex familia prius *Canonorum Lateranensium*, mox *Canonicis Patavinae Cathedralis* adscriptus. Sed hic quoque, sacris muneribus addictus, scholam sponte reliquit.

MDCCLXXIV. XI. Kal. Novemb. *Marcus Antonius Galvani*.

## Schola Criminalium.

MDCCLVII. *Franciscus Pochini Patavinus*, *Carolo* patri viro clarissimo in hac eadem schola successor datus anno MDCCXLIX. VI. Id. Aug. Ipsius et patris merita Senatum impulerunt, ut eum lege solverent lata anno MDCLVII., qua Patavini cives a superioribus scholis arcentur, qui antea in inferioribus iis assignatis periculum de se et experimentum triennio saltem non fecerint. Ad scholam autem optime regendam paratissimus venit tum paterna institutione,

tum usu diurno in Adsestorum munere, quod plures annos in multis Venetac ditionis urbibus cum laude exercuerat. Ipsius stipendum, quod initio fuit floren. CC., binis auctionibus impetratis, crevit ad DC. Sed schola haec anno MDCCLXVIII. X. Kal. Octob. intercidit Senatus decreto, illius penso ad Juris civilis Professores translato, qui in postremo curriculi anno illud explore jubentur. Tunc vero *Pochini* eodem stipendio scholam Juris civilis suscepit, ut jam diximus, quae tunc secundae matutinae addita est.

## Schola Pandectarum, Codicis et Authenticorum.

**MDCCLVII.** *Pax Mariani* Patavinus, incolatu Venetus, scholae praeerat ab anno MDCCXLVIII. XV. Kal. Aug. Triplex hic titulus tres indicat scholas in unam diversis temporibus coactas, quae ab anno MDCCXXXVII. diebus extraordinariis exercebatur, cum ordinarios antea occuparet. Sed eadem ratio quae suaserat anno MDCCXXXVII., ut schola trium Librorum Codicis Gregoriani, Hermogeniani et Theodosiani; anno autem MDCCXXXVIII., ut alia etiam Authenticorum tollerentur, ipsarum penso Pandectis adjecto, scholam ipsam Pandectarum silere jussit anno MDCCLXVIII. X. Kal. Oct. Cum enim Juris civilis scholae doctrinas omnes suas e Pandectis haurire debeant, schola haec ab iis distincta nomine tantum, non re, nullam, quae ipsius propria esset, utilitatem spondere poterat. *Mariani* autem, cuius stipendium ann. MDCCLXV. prid. Id. Januar. creverat ad flor. DC., ad secundam Juris civilis scholam traductus est.

## Schola Institutionum Juris civilis et artis Notariae.

*Intersunt Juristae anni primi. — Assignata hora tertia matutina diebus ordinariis.*

Schola haec, quae elementaribus annumerata juvenilia parat ingenia ad sublimiorem Juris doctrinam commodius addiscendam, ex Senatus decreto MDCCLXXI. XIV. Kal. Octob., exercetur privata ratione et Italica lingua, Professori tamen imposito ut sexies quotannis publice et Latine disserat e suggestu. Cum vero anno MDCCXXXVIII. prid. Non. Decemb. vacandi venia concessa *Petro Dominico Ceffis*, qui Notariae artis scholam regebat, schola ipsa sublata esset, munus accessit, anno MDCCXXXIX. VII. Kal. Februar., Professori, qui loco secundo Institutiones explicabat, ea quoque tradendi quae ad Tabellionum

officia pertinent. Hinc eo loco sublato, atque unica hac Institutionum schola superstite, ipsi addicta ars etiam Notaria mansit.

MDCCLVII. *Ludovicus Righi* Veronensis, qui e loco secundo, quem obtinuerat anno MDCCVIII. X. Kal. Januar., huc ascendit anno MDCCXXXIII. V. Kal. Septemb. Postquam vir operosus annos quinquaginta assidue docendo in Gymnasio consenuisset, missionem liberaliter Senatus ipsius meritis tribuit anno MDCCLVIII. Idib. April., condonatis optimo seni flor. CCCC. in reliquum vitae tempus ex DCC. quos post plures auctiones obtinebat. Obiit senio confectus decennio post, scilicet anno MDCCLXVIII.

MDCCLVIII. Id. April. *Angelus Antonius Fabro* Taurisanus, *Righi* scholae oneribus levato, eodem die suspectus est stipendio floren. CCC. Sed triennio post ad novam canonicarum Institutionum regendam scholam migravit.

MDCCLXI. Kal. Jun. *Michael Fantoni* Patavinus, ad hunc evectus e loco secundo, stipendio suo flor. DCCL., quibus CL. additi sunt anno MDCCLXV. Idib. April. Id autem ad optimi viri laudes maxime facit, quod cum privatae scholae, quae nunc ab unoquoque Professore accuratissime publicis quotidie consociantur, temporibus illis, quibus *Fantoni* docebat, ab omnibus fere superiorum locorum Professoribus omittentur, ipse eas constantissime exercuit summa frequentia et dissentium commodo. Diuturno etiam usu, et ingenita quadam ingenii perspicuitate ad juvenes erudiendos aptissimus, a plurimis eliegebatur, cum id liberum esset, et scholarium arbitrio relictum, ut ad examen compararet, et per breviaria quaedam puncta instrueret, ut moris est, ad lauream obtainendam. Obiit anno MDCCLXXI. prid. Non. Oct., aetat. LXXXV., postquam annos LVI. docendo insumpsisset.

MDCCLXXXIII. IV. Kal. Aug. *Petrus Braidotti* Forojulensis, conductus est floren. CCC., qui ad CCCCL. creverant anno MDCCLXXX. IX. Kal. Jun., quibus CL. additi sunt anno MDCCLXXXVII. IV. Non. Aug. Ipsius nomen jam multo ante in Gymnasio innotuit. Cum enim ante annum MDCCLXXI. non omnino denegaretur iis, qui Professorum numero adscripti non sunt, domi privata ratione, atque horis scholasticis lectionibus vacuis, juvenes erudire doctrinis quae in Gymnasio traduntur, *Braidotti* privatam hujusmodi Jurisprudentiae scholam aperuit, quae maxima frequentia celebrabatur. Hinc anno MDCCLXXI. V. Kal. Octob. onus ipsi impositum, rescripto Triumvirali, ut *Fantoni*, jam jam senectute et infirma valetudine ad munus inepti, vices ageret in Institutionibus privatim tradendis, cum Magistratui comptum esset, eum diuturno usu, ut rescripti verba usurpemus, assiduisque studiis muneri huic rite

explendo aptissimum esse. Hinc *Fantoni* non multis post diebus e vivis crepto, *Braidotti* scholam regendam suscepit, donec ipsius probata doctrina meruit, ut a Senatu in ea confirmaretur. Illud etiam adjicimus, assiduam ipsius operam, quam Gymnasii Actuarii praestitit in Universitatum Actis conquirendis, ordinandis, et commode collocandis, adeo utilem fuisse, ut gravissimus Magistratus laborioso viro gratificatus sit, jusseritque anno MDCCCLXV. V. Id. April., libellas ei MD. ex aerario Gymnasii solvi praeteritorum laborum praemium, quadrinquentas imposterum in annos singulos adjiciendo quousque in coepio hoc opere persisteret.

### Schola Institutionum Juris civilis loci secundi.

**MDCCCLVII.** *Michael Fantoni* Pat. scholam regebat ab ann. MDCCXXIX., quo a loco tertio, quem obtinuerat anno MDCCXV. III. Id. Jan., ad hunc deductus est stipendio floren. CC., quod quater auctum crevit ad DCCL. hoc eodem anno de quo scribimus MDCCCLVII. XVII. Kal. Sept., quo stipendio anno MDCCCLXI. emigravit ad locum primum.

**MDCCLXIV.** Non. Decemb. *Matthaeus Co. Franzoja* Taurisanus, qui plures annos in Clericorum Patavino Seminario, ubi institutus a puero fuerat, Jurisprudentiam cum summa ingenii et doctrinae laude tradiderat, ad scholam hanc accitus est stipendio floren. CCC., eamque obtinuit ad annum MDCCCLXVIII., quo transiit ad novam scholam canonicarum Institutionum, hac sublata Senatus decreto.

### Schola Institutionum Juris civilis loci tertii Patavinis addicta flor. XX.

*Assignata hora pomeridiana diebus ordinariis.*

**MDCCCLVII.** *Matthaeus Bordegato* eam occupabat ab anno MDCCXXIX., perrexitque ad annum MDCCCLXXI., quo mortuus est.

**MDCCLXXI.** XV. Kal. April. *Carolus Pochini*, *Francisci* filius et *Caroli Professorum* nepos, qui postquam duodecim annos eam tenuisset, sponte abdicavit.

**MDCCLXXXIII.** prid. Kal. Maji. *Alexander Macoppe*.

## DE SCHOLIS JURIS CANONICI

---

Cum canonicum Jus eadem prorsus qua civile, ratione, eodemque quatuor annorum curriculo sit addiscendum, antequam in utroque simul magisterii et laureae tituli a scholaribus peti possint, quatuor adsunt Professores universitatis canonicae legibus tradendis destinati. Ex hisce unus Institutiones tradit, a quibus nunquam recedens eas quotannis absolvit. Tres reliqui Decretalium explicationem in tres partes aequae distributarum triennio comprehendunt, singulique a prima incipiunt diversis annis, quo fit ut ex iis quaelibet suum quotannis obtineat Professorem. Itaque Juristae scholares Institutionibus egressi, quas anno primo rite percepient, altero ejus Professoris disciplinae traduntur, cui contigit primas Decretalium partes explicare, quocum etiam duobus sequentibus annis reliquias partes percurrunt, studiorumque suorum curriculum ad lauream in canonico Jure consequendam absolvunt.

### Schola Juris canonici primi loci.

*Intersunt Juristae anni secundi, tertii vel quarti, prout Professor in prima, secunda vel tertia Decretalium parte versatur. — Assignata hora secunda matut. dieb. ordin.*

MDCCLVII. *Ant. Terzi* Bergomas scholae praerat ab anno MDCCXLVIII. XV. Kal. Aug. ad eam traductus stipendio, quod tunc obtinebat floren. DCCC. a schola Juris civilis pomeridiana secunda, quam obtinuerat VIII. Kal. Martii MDCCXXXI. Ter autem in hac confirmatus, tandem anno MDCCXLIV. Non. Decemb. meruit floren. MCCCC. Antequam ad docendi munus advocaretur inter Adsecessores eminebat integritatis et doctrinae fama, atque in primoribus Venetae ditionis civitatibus Juri dicundo saepius praefuerat. Inter nos autem quadrua fuit non solum ad scholam diligenter incubuit, sed privatis etiam civium litibus componendis utilissimam operam praestitit, quae pro ejus fidei et scientiae opinione saepius illius arbitrio dirimenda relinquebantur. Obiit nonagenarius anno MDCCCLXXIV. XI. Kal. Januar. postquam gravissima aetas aliquot annis ante eum scholasticis muneribus imparem reddidisset. Edidit: *De delectu interpretum Juris, Oratio*. Patavii, apud Cominum, 1732, 4.<sup>o</sup>

MDCCLXXV. III. Id. Maii. *Benedictus Octavius Rustici Senensis*, Abbas Cassinensis. Huic prima Juris canonici schola pomeridiana commissa est anno

**MDCCLII.** VIII. Id. Maji, quam occupavit ad annum MDCCLXVIII. X. Kal. Octob. cum, ea clausa Senatus decreto, ad secundam matutinam traductus est stipendio suo floren. DCLX., servatis tamen, ut par erat, primorum locorum acquisitis juribus et honoribus. Functo autem Terzi, in ejus locum venit, cuius scholae munera adhuc explet gravitate et dignitate summa, atque in gravissima aetate diligentia tanta, eaque virium felicitate et firma corporis valetudine, ut nihil supra a florentissima aetate optandum esse videatur. Interim ejus stipendum crevit anno MDCCLXXXVII. Kal. Sept. ad floren. CL.

### Schola Juris canonici secundi loci.

*Intersunt Juristae anni secundi, tertii vel quarti, prout Professor primam tradit, secundam vel tertiam Decretalium partem. — Assignata hora secunda matutina diebus ordinariis.*

**MDCCLVII.** Petrus Businello Venetus, Cler. Regul. ex Congreg. Theatin., qui a secunda Logicae schola ipsi commissa anno MDCCXXXIII. VI. Kal. April. ad hanc traductus est anno MDCCXXXIX. VII. Id. Julii, aucto stipendio ad floren. CCL., quod quinis postea accessionibus tandem anno MDCCLXXIII., prid. Non. Octob., crevit ad DCCCCX. Notandum tamen, quod clavis anno MDCCLXVIII. vespertinis scholis, locus hic *Rustici* datus est, qui primorum locorum titulis fruebatur, *Businello* ad tertium emigrante, qui secundis aequatus tunc matutinis adjectus est. Cum vero anno MDCCLXXVI. primum locum *Rustici* occupaverit, *Businello* huc rediit, concessumque, honoris et meritorum causa, ut primoribus Professoribus jure ac titulo aequaretur. Atque id quidem merito ei contigit, qui docendo et scribendo consenserat, et qui fractis jam aetate viribus esset; tamen summa constantia et assiduitate in Gymnasium veniens, aliorumque auxilio in cathedram pene sublatu, quae sui munera erant ex tot annorum consuetudine recitabat. Non tamen unicus hic honor ipsi habitus; nam et in Gymnasio juvenum Graecorum Collegio praefectus est, et extra ipsum in sua Theatinorum familia, ipso suffragante Clemente XIII. Pontifice Maximo, ex-Generalis titulo honoris causa est insignitus. Addendum etiam, quod antequam moreretur, nempe MDCCLXXIX. X. Kal. Sept., cum ipsi senectute infirmaque valetudine non amplius liceret scholae muneribus satisfacere, *Aloysio Allegri* Veronensi commissum est, ut vices ipsius gereret privata ratione, et scholaribus scholae testimonia tribueret, quibus ad lauream uterentur; quod munus, *Businello* mortuo, illi confirmatum est litteris MDCCLXXX. VI. Kal. Octob., man-

sitque quousque schola successorem obtinuit. Obiit *Businello* MDCCLXXX.

XII. Kal. Octob. Edidit:

*Oratio cum primum ad Dialecticam publice profitendam accederet,*  
habita in Archigymnasio Patavino. Patavii, typis Conzatti, 1733, 8.<sup>o</sup>

*Oratio habita cum primum a Dialectica disciplina ad Jus pontificium*  
*publice interpretandum accederet.* Patavii, typis Conzatti, 1739, 8.<sup>o</sup>

*Dissertatio de methodo habita in studiorum instauratione.* Patavii, typis  
Conzatti, 1739, 8.<sup>o</sup>

*Dissertatio de potestate conferendi Jubilaeum, et poenas superstites re-*  
*mittendi.* Patavii, typis Conzatti, 1751, 8.<sup>o</sup>

*Dissertatio de ecclesiastica jurisdictione.* Pat., apud Conzatti, 1757, 8.<sup>o</sup>

*Dissertatio de Summi Pontificis eligendi forma.* Patavii, typis Conzatti,  
1758, 8.<sup>o</sup>

*De Rosa aurea, Epistola.* Patavii, apud Conzatti, 1759, 8.<sup>o</sup>

*Dissertatio de Joanna Papissa.* Patavii, apud Conzatti, 1764, 8.<sup>o</sup>

*Dissertatio de lapsu Marcellini Pontificis Maximi.* Patavii, apud Conzat-  
ti, 1767, 8.<sup>o</sup>

*Dissertatio historica de veteri et nova Summi Pontificis eligendi forma.*  
Patavii, apud Conzatti, 1769, 8.<sup>o</sup>

MDCCLXXXI. V. Non. Mart. *Alexander Barca* Bergom., ex Cler. Regul.  
Somasch., huc ascendit ab inferiore loco stipendio suo flor. CCCCXXX., quod  
ad DLXXX. crevit anno MDCCLXXXV. Non. Jun. Ipse vero non canonicas  
modo doctrinas, quas publice profitetur, sed mathematicas etiam, physicas, chy-  
micas, musicas vero praesertim praecipuo quodam ardore privatisque studiis uti-  
liter colit, ad quas fertur et ingenii sui indole, et ex amore quo in illas primum  
exarsit cum, vix egressus ex institutione juvenili, juvenes in familiae suaे colle-  
giis eruditivit. Sunt autem opera ab eo edita, praeter ea quae in Actis suis vulga-  
vit Academia Patavina:

*Dissertazione* (in forma di lettera diretta al Cav. D. Marsilio Zandriani) sul-  
la scomposizione dell'alcali slogisticato. Inserita nel Tomo VI. degli Opuscoli  
che escono in Milano sulle Scienze e sulle Arti.

*Congettura sulla elettricità*, inserite negli Opuscoli di Milano, Tomo XVII.,  
per l'anno 1776.

*Nuovi teoremi per la divisione delle ragioni supposte nella maggiore e*  
*minore disegualanza di doppio e contrario genere di quantità.* Bergamo,  
per Francesco Locatelli, 1781, 8.<sup>o</sup>

## Schola Juris canonici loci tertii cum paritate secundi.

*Intersunt Juristae anni secundi, tertii vel quarti, prout Professor primas explicat, secundas vel tertias Decretalium partes. — Assignata hora secunda mat. dieb. ordin.*

**MDCCLXVIII.** X. Kal. Octob. *Petrus Businello Venetus*, ex Cler. Regul. Theat. Cum Senatus decreto, ut jam diximus, Juri etiam canonico tres matutini Professores, vespertinis sublatis, tributi sint, ut triennii curriculum ad Decretales percurrentas scholaribus imperatum totidem Doctores haberet, locus hic novus, qui tamen secundis par esset dignitate, juribus et muneribus, inductus est et *Businello* datus, qui secundum *Rustici* cesserat, traducto a prima schola vespertina sublata. Hic vero mansit, donec anno MDCCLXXVI. prid. Kal. Septemb. ad secundum rediit.

**MDCCLXXVI.** prid. Kal. Septemb. *Alexander Barca Bergomas*, ex Famil. Cleric. Somasch., a canonicis Institutionibus traductus stipendio suo flor. CCC., quibus CXXX. additi sunt anno MDCCLXXIX. III. Kal. Maji. Sed biennio post ad locum secundum evectus est.

**MDCCLXXXI.** V. Non. Mart. *Joannes Dubrauwlich Dalmata Brattiensis*, Phariensis Ecclesiae Canonicis adscriptus, huc transiit a Juris canonici Institutib. stipendio suo flor. CCC., qui crevere ad CCCCL. anno MDCCLXXXIII. IV. Non. April. Cum ipse in juvenibus privatim erudiendis praecipuam quamdam industriad Venetiis ostendere principes quidam viri ex patricio ordine judicarent, ad Gymnasium deductus est, ubi publicum docendi munus inflammato studio sustinet et accurata diligentia.

## Schola Juris canonici pomeridiana loci primi.

**MDCCLVII.** *Benedictus Octavius Rustici Senensis Monachus*, mox Abbas Cassinensis, scholam obtinuerat anno MDCCLII. VIII. Id. Maji flor. CCCLX., qui bis aucti, anno MDCCLXV. prid. Id. Jan. crevere ad DLX. Scholam diligenter et graviter exercuit, donec anno MDCCLXVIII. X. Kal. Octob. clausa est eo Senatus decreto, quod Juris scholas omnes vespertinas sustulit, iis tantummodo demptis quae Patavinis civibus conferuntur. Tunc autem *Rustici*, primorum locorum juribus honoribusque servatis, migravit stipendio suo ad Juris canonici scholam secundam matutinam, ut supra retulimus.

## Schola Juris canonici pomeridiana loci secundi.

**MDCCLVII.** *Gregorius da Camposampiero Patavinus, qui, ipsa suffragante per suum Nuncium Civitate, ut est apud Faccioli (Fast. Part. III. pag. 100), ex schola tertia traductus erat anno MDCCXXXI. III. Kal. Septemb. stipendio floren. CC., qui, ternis auctariis impetratis, crevere tandem ad DC. Virum vocat ipse Faccioli nobilitate, ingenio moribusque spectatum, qui postquam scholae muneribus naviter satisfecisset ad annum MDCCLXVIII., sublata schola, vacandi veniam impetravit, integro stipendio, quoad viveret, liberaliter attributo. Obiit MDCCLXXV. X. Kal. Jan.*

## Schola Institutionum Juris canonici.

*Intersunt Juristae anni primi. — Assign. hora mat. ante primam, campana pulsante.*

Schola haec elementaris, privatim nunc et Itala lingua exercenda, nescio quo fato in tanta Juristarum scholarum lautitia et veteri quodammodo luxu desiderata est in Gymnasio ad annum MDCCXL. Mirum profecto, quod canonicis Institutionibus tamdiu Doctor sit denegatus, cum quinque initio, mox tres civilibus tribuerentur. In causa fortasse fuit quod Jus canonicum Institutionibus quidem caret, quae ut civiles a supra potestate manantes in corpus Juris relatae sint. Tandem quo diximus anno, utriusque Juris Professoribus et numero et ordine aequatis, scholam hanc aperiri Senatus jussit, ut in ea quotannis canonici Juris principia percurrentur, quae ad sublimiores doctrinas viam veluti patesciant. Sexies tamen in anno publice et latine jubetur Professor e suggestu disserere.

**MDCCLXI.** VI. Kal. Aug. *Angelus Antonius Fabro* Taurisanus, Triumvrali rescripto huc migravit a civilibus Institutionibus stipendio suo floren. CCC., quibus CL. accesserunt anno MDCCLXIV. Idib. Septemb. Quadriennio autem post ad novam Juris publici ecclesiastici scholam aperiendam traductus est.

**MDCCLXVIII.** X. Kal. Octob. *Matthaeus Co. Franzoja* Taurisanus, schola secunda Institutionum civilium sublata, in qua docebat, hanc in ejus locum recepit. Sed, anno vertente, ad Jus civile rediit.

**MDCCLXXII.** IV. Id. Decemb. *Alexander Barca* Bergom., Cler. Regul. ex Congreg. Somasch. Hic cum jam a Triumviris Professor designatus esset, ne canonicae doctrinae principia scholaribus deessent, jussus est, litter. **MDCCLXXI.** XIII. Kal. Jan., id Juristarum Pro-Rector ac Syndico postulante, scholae suaee

munera privatim obire, donec a Senatu confirmaretur. Stipendium vero ipsi constitutum est flor. CCC., quo stipendio quadriennio post transiit ad locum tertium.

MDCCLXXVI. prid. Kal. Septemb. *Joannes Dubrauwich* Dalmata Bratiensis, Ecclesiaeque Phariensis Canonicus, ad scholam regendam vocatus est flor. CCC.; sed ipse quoque ad tertiam scholam Juris canonici ascendit quinquennio post.

MDCCLXXXI. XV. Kal. Septemb. *Antonius Gardin* Venetus, accitus floren. CCC. Vir eruditus, atque in poëtica facultate, omniue litteratura ingenio, studiis, diurna exercitatione plurimum valens, antequam ad Gymnasium accederet, humaniores litteras Tarvisii primum in Clericorum Seminario, mox Patavii a Juristarum Collegio advocatus summa cum opinione juvenumque fructu edocuerat. Ipsius carmina, ut sese obtulit occasio, passim pro hujus aetatis moribus emissa, dignissima essent quae in unum colligerentur ad ipsius Italarumque musarum famam celebrandam. Opuscula vero alia soluta oratione inyenies in Actis Academiae Patavinae.

### Schola Juris canonici Patavinis civibus addicta flor. XX.

*Assignata hora*                    *pomeridiana diebus ordinariis.*

MDCCLVII. *Jo. Franc. Solari* scholam occupabat ab anno MDCCXLII. prid. Non. Jan., eamque tenuit ad annum MDCCLXXVII., quo senex decessit.

MDCCLXXVII. XIV. Kal. Sept. *Joannes Baptista Ognibene*. Is aliquot annis Principis indulgentia schola abstinuit assumptus a Bellunensis urbis Praetore, ut ei vicariam operam in jure dicundo praestaret.

### Schiola alia Juris can. Pat. civ. destinata flor. XX.

*Assignata hora*                    *pomeridiana diebus ordinariis.*

MDCCLVII. *Rolandus Perozzi* scholam regebat ab anno MDCCLIV. XII. Kalend. Jul.

MDCCLXV. prid. Kaleudas Februarii. *Ferdinandus da Camposampiero*, *Gregorii* Professoris filius, qui se sponte abdicavit postquam scholae praefuerat ad annum MDCCLXXIX.

MDCCLXXIX. IX. Kal. Jan. *Vincentius Cromer* in schola successit, eamque adhuc diligenter regit.

## Schola Juris feudalis, nautici et commerciorum.

*Intersunt Juristae annorum tertii vel quarti, quibus liberum est anni scholastici initio decernere utrum hoc Jus audire malint, an publicum naturae, vel publicum ecclesiasticum. — Assignata hora prima pomeridiana diebus extraordinariis.*

Feudorum schola, quae levior visa antiquis temporibus, et blanda occupatio, scholaribus ipsis concedebatur, si qui essent qui et vires experiri, et in ea vellent ingenia exercere; famam acquisivit postquam, superioribus scholis aequata, viris auctoritate et doctrina praestantibus committi coepit. Ad eam autem magis celebrandam Juris nautici et commerciorum tractatio addita est, quae quam late pateat, quantaque utilitate temporibus his hodiernisque moribus polleat, quisque facile intelligit.

MDCCLVII. Mortuo *Parmesano Cortivo de Santi Patavin.*, anno MDCCL., qui annos amplius quinquaginta scholae praefuerat, ipsa, successore nondum dato, vacabat.

MDCCLVIII. Idib. April. *Joannes Baptista Bilesimo Feltriensis*, qui in Seminarii Patavini scholis eminebat, conductus est flor. CCL. Cum vero majorem sibi ingenii et doctrinae famam comparasset, traductus est sexennio post ad novam Juris naturae, publici et gentium scholam aperiendam, stipendio duplicato.

MDCCLXIV. V. Kal. Decemb. *Camillus Manetti Utinensis*, qui Venetum forum, ubi eloquentiam cum doctrinae opinione profitebatur, cum Gymnasio commutavit, accitus floren. CCC. Sed triennio tantum locum tenuit, immatura morte raptus anno MDCCLXVII XVI. Kal. August. — Edidit: *Exercitationes chronologicae, criticae, historico-legales de Feudis praesertim Italicis.* Augustae Vindelicorum, sine typographo, 1756, 4.<sup>o</sup>

MDCCLXIX. III. Non. Aug. *Hannibal Co. Bassahi Patavinus*, traductus a schola Juris civilis suis assignata concivibus stipendio flor. CCC., qui bis aucti devenere ad DCC. anno MDCCCLXXIII. IV. Non. April. Huic etiam idem pene contigit, quod anno MDCLIV. *Scipioni Gonemo Cyprio*, qui ei in eadem schola praeierat, ut Consultor de re feudali a Magistratu Feudorum Praeside Venetiis adhiberetur, quin tamen Gymnasio abductus sit. Nam ipse quoque Magistratui illi addictus ex Sen. Cons., quin tamen scholas intermitteret, plura praestitit Magistratui probatissima quoties jussus est, quod saepius accidit, de rebus ad feudorum rationem et jura pertinentibus respondere,

## Schola Juris naturae, publici et gentium.

*Intersunt Juristae annorum tertii et quarti, quorum arbitrio relinquitur decernere utrum hunc Professorem audire malint, an alterum qui de Jure feudali, vel tertium qui de Jure publico ecclesiastico agit. — Assignata hora secunda matut. dieb. extraordin.*

Novam hanc scholam aperiendam esse Senatus constituit anno MDCCLXI. VI. Non. Maji, ut cum prima illa aeternaque lex explicatur, quae ipsa est hominum ratio ex suprema illa Mente et Consilio quasi particula quaedam divinitus delibata, ad originem eam fontesque deducamur, ex quibus tanquam rivuli leges omnes et jura fluunt, quibus vel universa hominum societas, vel privatae civitates consistunt. Hinc etiam optimo consilio, ut vel maxime schola celebraretur, ea ad primorum locorum dignitatem et jura omnia erecta est Sen. Cons. anno MDCCLXVIII. VII. Kal. April. Triennio autem vacavit sine Professore schola postquam et instituta est, et locum habuit et titulum in albo Gymnasii.

MDCCLXIV. VII. Id. Jun. Jo. Baptista Bilesimo Feltriensis, a schola Feudorum traductus stipendio duplicato, et aucto ad flor. D. Sed quinquennio tantum scholae adfuit. Senatus enim decreto suo honorificentissimo Venetias eum e Gymnasio evocavit anno MDCCLXIX. VIII. Kal. April., ut et Theologus ad arcana consilia adhiberetur, et Consultor de Jure, cum opus esset, publice responderet. Hinc etiam gravissimus Triumvirum Magistratus, ut egregium virum ornaret, anno post MDCCLXX., XIII. Kal. Maji, ei liberaliter tribuit imminutum unius anni stipendum, nempe ad VII. Id. Junii ejusdem anni, ad quem diem sexennio ante de more conductus erat. Insuper concessum est aliorum etiam exemplo, qui a Gymnasio ad Consultoris munus abducti sunt, ut locus ei extra Professorum ordinem in albo scholastico esset, et Consultor ibi ac Professor primarius, honoris ac dignitatis titulo, nuncuparetur. Quod si quo casu publicum hoc munus aliquando dimitteret, locum ei in scholis servari jusserunt idoneum eidem muneri, ejusque studiis maxime accommodatum.

Denique immunitates etiam scholasticas cum aliis Professoribus communes habet litt. MDCCLXXIX. XII. Kal. Septemb., non solum quia illorum numero adscriptus, sed eo magis quod Patavium quotannis mittitur Majo mense, ut ex-minibus praesit a scholaribus omnibus eo mense ineundis.

MDCCLXXIII. III. Non. Maji. Matthaeus Co. Franzoja Taurisanus ad hunc locum a Jure civili migravit, stipendio aucto ad flor. D., qui, binis accessionibus attributis, devenere ad DCCCC. anno MDCCLXXVI. X. Kal. Januar.

Designatus ipse a Triumviris, antequam a Senatu confirmaretur, munus iniit, ut diximus alio loco, ex litt. MDCCLXXI. XIII. Kal. Januar., ex eo die scholam hanc privatim exercendi. Cum vero occasio et necessitas postulasset, ut paucis annis per varia scholarum genera, Juris nempe civilis, canonici et naturae percurrerit, pluresque tradendae disciplinae ipsi contigerint, munus ubique explevit dignitate ac opinione tanta, ut ad quaslibet gravissimas disciplinas aptissimus visus sit. Illi etiam plurimum debet Academia Patavina Scientiarum, Litterarum et Artium, quae cum primum instituta est, eum sibi a Secretis elegit, illiusque industriam in legibus suis initio condendis atque ad optimam disciplinae rationem aptandis. summa cum utilitate experta est.

### Schola Juris publici ecclesiastici.

*Intersunt Juristae annorum tertii et quarti, quibus liberum est decernere, anni scholastici initio num Jus hoc addiscere malint, an Jura vel feudorum vel naturae. — Assignata hora prima matutina diebus extraordinariis.*

Extremis hisce temporibus, anno scilicet MDCCLXVIII. X. Kal. Octob., aperta est nova haec schola, quae personarum ac rerum religioni Ecclesiaeque addictarum diversa jura persequitur. Hinc Jus hoc, quod ex omnibus utrinque Supremae Auctoritatis decretis, legibus et conventionibus exsurgit, canonici Juris absoluta quaedam perfectio est.

MDCCLXVIII. Angelus Antonius Fabro Taurisanus a canonicis Institutionibus ad hanc scholam aperiendam traductus est stipendio quod tunc obtinebat floren. CCCCL., sed omne parum bono. Cum enim triennio post in paginis, quae summa tradendae eo anno doctrinae capita complectebantur, aliqua edidisset religiosissimo Venetorum Senatui non probata, gravissimum Senatus consultum scholam ipsi et stipendum abstulit anno MDCCLXXII. prid. Non. April. Veruntamen communior tunc opinio fuit, *Fabro* in ea re incaute potius quam irreligiose, saltem ex animo, egisse.

MDCCLXXIII. VIII. Kal. Sept. Aloysius Guerra Pat., conductus flor. CCC., qui post binas accessiones ad DCXXX. aucti sunt anno MDCCLXXXVII. IV. Non. Aug. Si ex lecturee assiduitate atque hinc parta eruditione, quaecumque tamen ea sit, viri hujus merita metiri liceat, nemini illum secundum dixeris in ea scientia quam profitebatur, quam, longinquas etiam Germaniae regiones cum Romanae Sedis Legatis peragratus, a juvenilibus annis enixe coluit. Id etiam ex operibus colliges quae edidit, immensi cujusdam laboris et studii, videlicet:

*Dei fondamenti della Religione, e dei fonti dell'empietà. Libri tre di F. Antonino Valsecchi. Opus ex Italo idiomate in Latinum translatum (ab Aloysio Guerra) juxta editionem secundam auctionem retractatioremque. Ven. 1767, sumptibus haeredis Nicolai Pezzana; et ibidem 1770, 4.<sup>o</sup>*

Notandum tamen Versionem hanc ab auctore *Valsecchi* publice et gravi-  
ter fuisse improbatam, atque hinc controversias quasdam et lites inter eundem  
*Valsecchi* et typographum obortas esse.

*Della proibizione dei Libri.* Opera di Antonio Arnaldo Dottore della Sor-  
bona, tradotta dal francese. Venezia 1771, 8.<sup>o</sup>

*Historia Juris canonici Doujat versa in Latinum sermonem, et addita  
canonicis Institutionibus Roye.* Venetiis, sumptibus haeredis Nicolai Pezza-  
na, 1771, 8.<sup>o</sup>

*Dimostrazione teologica, canonica e storica del diritto dei Metropoli-  
tani di confermare e consacrare i Vescovi suffraganei, e del diritto dei Ve-  
scovi di confermare e consacrare i loro Metropolitaniani.* Le annotazioni sono  
fatte da Alvise Guerra. Venezia, presso l'erede di Nicolò Pezzana, 1771, 12.<sup>o</sup>

*Giustificazione dei Discorsi e della Storia ecclesiastica dell'Ab. Fleury  
contro le accuse e le calunnie di alcuni Religiosi Fiamminghi, tradotta dal  
Francesco, ed accresciuta in molti luoghi.* Venezia, presso Pezzana, 1772, 4.<sup>o</sup>

*Pontificiarum Constitutionum in Bullariis Magno et Romano conten-  
tarum, et aliunde desumptarum Epitome, et secundum materias dispositio.  
Tomi quatuor in fol.* Venetiis, sumptibus haeredis Nicolai Pezzana, 1772.

*Lettura della Sacra Bibbia in lingua volgare a tutti permessa e racco-  
mandata.* Opera di Antonio Arnaldo, tradotta dal francese. Vi si aggiungono le  
Conclusioni di Bernardo Zeghero sopra lo stesso argomento, tradotte dal Latino.  
Venezia, presso l'erede di Nicolò Pezzana, 1772, 8.<sup>o</sup>

*La Sacra Bibbia volgarizzata da Nicolò Malermi, approvata dalla Sa-  
cra Congregazione dell'Inquisizione l'anno 1567, ridotta allo stile moderno,  
e arricchita di note.* Tomi 7. Ven., presso l'erede di Nicolò Pezzana, 1773, 8.<sup>o</sup>

*Joannis Cabasutii Aquisextiensis Notitia ecclesiastica Conciliorum va-  
riis in locis novissime amplificata, et ab anno 1596 usque ad annum 1772  
producta ab Aloysio Guerra.* Venetiis, sumptibus haeredis Nicolai Pezzana,  
1773, 4.<sup>o</sup>

*Oratio habita in Gymnasio Patavino cum primum ad Jus publicum  
ecclesiasticum explicandum accederet, anno 1773.* Patavii, typis Cominia-  
nis, 1774, 8.<sup>o</sup>

*Concilium Tridentinum ex ultima recognitione Joannis Gallemart. — Editio novissima supra quascumque alias locupletata, cui permultas Constitutiones Pontificum ad varia Concilii capita, et Appendicem Propositionum usque ad Clementem XIV: apposuit Aloysius Guerra in Patavino Lyceo Professor. Tom. 2. Venetiis, sumptibus haeredis Nicolai Pezzana, 1780, 4.<sup>o</sup>*

---

## RECTORES ARTISTARUM

---

**MDCCLVII.** *Jacobus Scovolo Brixianus, Medicinae practicae ex secundo loco Professor, Pro-Rector et Syndicus III. ex Triumv. litteris MDCCLVI. Magistratus, innuente Professore Pontedera, jussit, litt. IV. Non. Oct. ann. super., locum in Horto medico aptari ad peregrinas herbas, quae id indigent, a frigoris periculis damnisque tuendas. Hyeme adventante, statim operi manus data est, perfectumque ex ipsius Professoris archetypo.*

**MDCCLVIII.** *Joannes Albertus Colombo Venetus, Cassinensis Monachus, Astronomiae et Meteorologiae Professor, Pro-Rector et Syndicus III. litteris MDCCLVII. VII. Id. Septemb.*

**MDCCLIX.** *Angelus Schiavetti Bergomas, Canonicus Montis Silicis, Logicae et Metaphysicae ex primo loco Professor, Pro-Rector et Syndicus iterum litter. XIV. Kal. Octob. anni super. Hieronymus Zanichelli Venetus moriens Gymnasii Musaeo supremis tabulis legavit rerum multarum ad Naturalem Historiam pertinentium collectionem privato sibi aere studioque comparatam. Hinc, jubente Magistratu IV. Non. Aug., haec omnia in Gymnasium traducta sunt, additis Musaeo armariis, pluteis aliisque artificiis ad novas hasce naturae divitias reponendas servandasque, attributis Vallisnieri ob impensas argent. CCCC.*

**MDCCLX.** *Jacobus Scovolo Brixianus, Medicinae practicae Professor secundo loco, Pro-Rector et Syndicus IV. litt. MDCCLIX. XI. Kal. Octob.*

**Clemens XIII. Pont. Max.** Gymnasii nostri Musaeum ditavit singulari testudine coriacea, quam muneri misit humanissimis litteris, quas *Breve* vocant. *Sanctes Veronese, Cardinalis et Episcopus Patavinus, Pontificis nomine Syndicis obtulit et donum et litteras, qui tamen, uti par erat, inconsulto Magistratu, utrumque renuerunt. Itaque per eos certiores Triumviri facti sunt, qui statim jusserunt, Syndicos utriusque Universitatis, cum togatis Professoribus, scholari-*

busque quot fieri posset, publice ad aedes episcopales pergere, Bidellis praeceuntibus argenteo sceptro, aliisque Ministris; receptoque munere et litteris, primum quidem in Musaeo, alteras in Universitatis Actis asservari: quod factum est IX. Kal. Januar. Non ingratum fore putamus, si Pontificis litteras hic legendas dabimus.

Clemens Papa XIII.

« Dilecti Filii salutem et Apostolicam benedictionem.

» Appulit ad nostram Tyrrheni maris oram in agro Laurentino mirae magnitudinis testudo coriacea, cuius generis in Erythraeo dumtaxat adinveniri tradunt naturalium rerum scriptores. Haec cum inverso corpore, ut sub meridiem solent, fluctibus innataret, piscatorum retibus intercepta, et secundo maris fluxu duabus cymbis leniter ad litus pertracta, ubi Romam perducta fuit, omnibus quoad vixit admirationi erat, perinde ac rarum et immane aequoris monstrum; mortua vero, integumentis ejus rite diligenterque compactis, dono Nobis data ut singulare animal eruditorum hominum curiositate dignissimum. Saue qui Patavinam Academiam non minori affectu complectimur, quam suam Bononiensem Benedictinam felicis recordationis ultimus Decessor noster dileret, quemadmodum Is aliam huic prorsus consimilem superioribus annis in eodem mari apud Fregellas secus littora deprehensam Bononiam misit in Scientiarum Instituto, quod vocant, asservandam; sic Nos illius sociam fortassis, et vestigia persequentem, Patavium duximus esse mittendam, ut quae suis excursibus Mediterraneum mare quaesivit, celeberrimum Adriaci Lyceum ex viis ornaret. Hujusmodi testudineas formas non tam in Bononiensi nuper, sed etiam in Regio Parisiensi Musaeo jamdiu locatas novimus, neque propterea vobis ingratum fore putavimus, ut isthaec in Vallisneriano vestro collocaretur, non tam Physices studiosis consideranda, verum etiam quibusque sapientissimi Conditoris manum in singulis naturae operibus, uti par est, agnoscentibus. Nam ut Sanctus Joannes Chrysostomus ait de marino dracone in Homelia in Psalm. 148: *Quando videris magnitudinem corporis atque membrorum compositionem, quomodo non admiraberis Opificem, qui tantum animal produxit?* Utinam benevolentiae nostrae erga vos declarandae saepius detur occasio; siquidem hanc lubentissime amplectimur, pignusque damus Apostolicam Benedictionem, quam vobis, dilecti Filii, ceterisque Magistris, et omnibus bonarum artium cultoribus peramanter largimur. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanensis sub annulo Piscatoris die XX. Oct. MDCCLX., Pontificatus nostri anno tertio. — *Extra vero: Dilectis Filiis Syndicis Academiae Patavinae.* »

MDCCLXI. *Bartholomaeus Lavagnoli* Veronensis, Medicinae theoricae Professor secundo loco, Pro-Rector et Syndicus tertio litter. XVIII. Kalend. Octob. MDCCLX.

Vide quae supra retulimus ad hunc annum cum de Juristis ageremus, sancta hoc anno a Senatu etiam quoad scholas Artium vel antiquas reformandas, vel novas inducendas. Magistratus, ut lites omnes in Theologorum Collegio exortas componeret, decretis confirmatis MDCLXVII. XII. Kal. April., MDCLXIX. prid. Non. Septemb., MDCLXXI. prid. Non. Maji, et MDCCXXXIV. XIV. Kal. Octob., sanxit VI. Kal. Aug. jus laureae in eo Collegio conferenda ad Theologos Professores *Thomistam* et *Scotistam* unice pertinere; Professoresque sacrarum Paginarum et Metaphysicae tunc solum ad hoc munus admitti cum absint Theologi quacumque causa. Hinc sublata *Scotistarum* Theologia anno MDCCLXXI., ipsique Historia ecclesiastica suffecta, mansit jus idem Theologo et ecclesiastico Historico reservatum. Id tamen locum habuit ad annum MDCCLXXX. Tunc enim, Theologis ipsis annuentibus, nova inducta Collegio forma, ipsiusque jus octo Professoribus concessum est, ut supra enarravimus; et cum iis Promotorum titulus sit attributus, ad eos omnes ordine spectat, aliorum Collegiorum exemplo, lauream accendentibus conferre.

MDCCLXII. *Antonius Lavagnoli* Veronensis, Bartholomaei filius, Logicae et Artis criticae Professor, Pro-Rector et Syndicus iterum ex litt. III. Id. Sept. ann. super. *Joseph Maria Minato*, Artistarum Actuarius, vir de Gymnasio, cuius Acta diligentissime conquisivit dispositusque, optime meritus, vita functus est Idib. Martii, eique ex Triumv. rescripto successit IV. Kal. Maji *Matthaeus Giro* olim Sanctes filius, industrius vir, omnibusque ad munus hoc obeundum dotibus cumulatus.

MDCCLXIII. *Jacobus Scovolo* Brixianus, Medicinae practicae Professor primo loco, Pro-Rector et Syndicus V. ex litt. MDCCLXII. VI. Non. Octob.

MDCCLXIV. *Antonius Lavagnoli* Veronensis, Logicae et Artis criticae Professor, Pro-Rector et Syndicus III. ex litter. XVIII. Kal. Octob. ann. super. Senatus Idib. Decemb., ut ad scientias litterasque excolendas stimulos adderet eruditiae Societati Rhodigii coactae, argenteos ipsi centenos in aunos singulos jussit ex aerario Patavini Gymnasii solvi.

MDCCLXV. *Simon Co. Stratico*, origine Cretensis, Professor Matheseos et nauticae Theoriae, Pro-Rector et Syndicus ex litt. VIII. Kal. Oct. MDCCLXIV.

MDCCLXVI. *Clemens Sibiliato* Venetus, Professor Humanitatis Graecae et Latinae, Pro-Rector et Syndicus ex litt. anni super. XII. Kal. Octob.

Triumv. rescriptum prid. Id. Maji jus tribuit Minoritis, ut vocant, Convenualibus, qui in maritimis oris, sacris conciouibus et animarum cultui operam dant, Theologiae magisterium sine examine obtinendi in Pontificio Collegio; modo testimonia proferant, suorum Praesidum sacramento firmata, quae et de absoluto in iis oris curriculo, et de morum honestate fidem publice faciant.

MDCCLXVII. *Joannes Marsili Venetus*, Simplicium in Horto Professor, Pro-Rector et Syndicus litteris XII. Kal. Octob. MDCCLXVI. Supplicem libellum per Urbis Rectorem Medicinae Professores ceterique Medici Veneto Magistratui obtulerunt, qui praeest Sanitati tuendae, in quo jura profitentur, quibus perpetuo usi sunt (ex edicto ejusdem Magistratus anno edito MDCVIII. V. Id. Decemb. Senatus auctoritate), cadavera secandi, cum id morborum ratio, et Artis scholariumque utilitas postularet, inconsulto et nunquam praesente Archiatro, quem sibi Urbanus Sanitatis Magistratus constituit. Addunt, quod imperata in hisce sectionibus Archiatri praesentia, et Professores secare responent cum sese ab illius voluntate et commodo pendere intelligent, neque id privatae familiae aut societates facile patientur, cum Archiatri praesentia solemnis quodammodo esse soleat: requirit enim, ut una et Chirurgus, et Tabellio, et publicus Nuntius intersit. Re maturius considerata, antiquum jus Professoribus et Medicis reservatum.

MDCCLXVIII. *Antoninus Valsecchi*, ex Dominicana Familia, Theologiae Professor, Pro-Rector et Syndicus litter. VI. Kal. Octob. ann. super. Triumvir. Constitutio edita III. Id. Septemb., accidente Senatus auctoritate, novam veluti formam Artium etiam scholis attribuit, eamque magna ex parte rationem induxit illas tradendi, quae nunc obtinet, et quam explicabimus de singulis scholis acturi. In Artium rotulo tamen unicus locus sublatus est, schola scilicet Philosophiae extraordinariae, vacandi venia Professori concessa, imminutoque stipendio in reliquum vivendi tempus condonato. Tunc etiam Geometriae elementa, a publica schola sejuncta, privato Magistro commissa sunt, et Geometrae Professori mandatum, ut iis omissis sublimiora Analyseos arcana persequeretur. Denique Artium etiam Collegii ea ratio aptata est laureae conferendae, qua Juristae veluti propria utebantur.

MDCCLXIX. *Antonius Lavagnoli* Veronensis, Logicae et Artis criticae Professor, Pro-Rector et Syndicus IV. ex litter. MDCCLXVIII. III. Kal. Octob. Coenobitae Montis Ortoni non longe a Patavio siti, tubulis et aqueductibus, Triumvirum jussu, atque ex forma a *Mingoni* Professore constituta, instauratis, per quos medicus aquae fons deducitur, qui a *Virgine* nuncupatur, flor. CL.

ex aerario Gymnasii ob impensas impetrarunt, Triumv. rescript. Kal. Aug. —  
Ars obstetricia in Gymnasio ortum habet, de qua suo loco.

MDCCLXX. *Angelus Schiavetti Bergomas*, Canonicus Montis Silicis, Metaphysicae Professor, Pro-Rector et Syndicus tertio ex litt. V. Id. Septemb. ann. super. Agriculturae studiis in tota Veneta ditione felicissime amplificatis, coactis ubique societatibus quae ipsa excoherent utilissima ingeniorum ac virium communione, auctore ac Praeside Veneto Magistratu, cui praediorum incultorum cura commissa est, Senatus, ut rem utilissimam soveret ac stimulos industriae adjungeret, beneficium extendit jam Rhodiginis Academicis concessum anno MDCCLXIV., argenteosque CL. in annos singulos, ex aerario Gymnasii erogandos, singulis etiam agrariis Societatibus attribuit, quae Patavii, Utini, Vicetiae, Veronae, Belluni et Conegliani publica auctoritate sunt constitutae, qui et in experimentorum sumptibus, et praemiis merentibus deferendis impendantur. Jussit autem Senatus, Societas hasce, quoties occasio subsit, illos Magistratui sistere, quorum probata industria rebus vel novis inventis, vel antiquis emendatis, nobilissimae artis auxerit utilitatem; Magistratum vero ad Senatum referre, qui rebus mature perpensis quae videbuntur decernet. Aerarium tamen Gymnasii hoc onere levatum est anno MDCCLXXII. XII. Kal. April., illudque ad publicum singularum civitatum aerarium delatum, ubi agrariae Societas sunt constitutae.

MDCCLXXI. *Joseph Toaldo Vicetinus*, Praepositus SS. Trinitatis, Astronomiae et Meteorologiae Professor, Pro-Rector et Syndicus litter. MDCCLXX. XVIII. Kal. Octob. Triumviris Patavii degentibus, ut Gymnasium lustrarent, civilis Architecturae schola aperta est, ut de ipsa suo loco dicemus.

MDCCLXXII. *Hieronymus Barbarigo Venetus*, Cler. Regul. Somasch., secundo loco Philosophiae Professor, Pro-Rector et Syndicus litt. ann. super. VI. Kal. Octob.

MDCCLXXIII. *Simon Co. Stratico*, origine Cretensis, Matheseos et Nauticae Professor, Pro-Rector et Syndicus iterum ex litt. MDCCLXXII. XIV. Kal. Octob. Collegium Zooiatricum, in quo juvenes in brutorum medicina instituerentur, ortum habet ex Sen. Cons. V. Id. Sept. Magistratus qui incultis praediis et rei agrariae praeficitur, rem salutarem Senatui detulit, qui ea probata Magistrati ipsi remisit, ut statuta et leges conderet a Senatu sancendas, quibus novum Collegium tum quoad domesticam, tum quoad scholasticam disciplinam regeretur. Itaque Magistratus anno sequenti III. Kal. Junii Capita XXXIII. emisit, quibus tota Collegii ministratio continebatur, simulque munera omnia, quae ad

Professorem, alumnos, famulosque familiae pertinent, tum quoad scholae exercendae rationem, tum quoad religionem, totamque domesticam disciplinam. Domus Collegio aptata est in vico quem vocant *le Maddalene*, ubi monasticum sese obtulit coenobium jam vacuum relictum, quoad jam quatuor ab hinc saeculis, si id memorare nunc licet, aedificatum fuerat ex pecunia legata a Professore Gymnasii nostri *Angelo Ubaldi*, celeberrimi Baldi fratre. Alumni degebant in Collegio octo, qui uniformibus etiam vestibus utebantur, quorum duo alebantur publice, reliqui symbolam ad victimum conferebant. Sed cum Institutii hujus cura ad litterarios Triumviro migrasset ex Sen. Cons. MDCCLXXIX. Kal. Maji, ipsi demum anno MDCCLXXXVII. satius esse duxerunt, si clauso Collegio, quod ad paucos utilissimam institutionem coarctabat, schola ipsa in Gymnarium transferretur, fieretque quodammodo publici juris.

Cum Artium Rector litem non semel saeculo etiam superiore, re tamen semper infecta, intentaverit apud Triumviro theologico Collegio, quod a reliqua Universitate veluti divulsum et titulos per se conferre, et suas sibi res agere contendebat, quin Gymnasii Syndicus vel publice interesset, vel jure aliquo frueretur; sanxit Senatus prid. Non. Octob. theologicam lauream, non secus ac medicam, sine Syndici chirographo obtineri haud posse; Syndicum autem, cum ea confertur, Collegio publice adesse cum Universitatis Actuario et Bidellis, consuetamque sportulam et ipsi et ministris suis praefiniri; imo Universitatis insignia Collegii et Decani, ut vocant, insignibus praeire, cum Syndicus ab ipso Senatu et jura et nomen obtineat. Laureae vero diploma aequa Syndici auctoritate concedatur per Universitatis Actuarium, ac in Medicis fit, atque irritum censeatur siquid non hisce rationibus actum sit.

MDCCLXXIV. *Marcus Co. Carburi Cephalenius*, Chymicae Professor, Pro-Rector et Syndicus ex litt. VII. Id. Septemb. ann. super.

MDCCLXXV. *Joannes Dalla Bona Veronensis*, Medicinae practicae in Nosocomio Professor, Pro-Rector et Syndicus litt. VI. Kal. Sept. MDCCLXXIV.

MDCCLXXVI. *Joseph Bertossi Utinensis*, Professor Medicinae practicae loco secundo, Pro-Rector et Syndicus litt. MDCCLXXV. Non. Septemb.

MDCCLXXVII. *Joannes Sograffi Cassiopoeus*, Chirurgiae practicae in Nosocomio Professor, Pro-Rector et Syndicus ex litt. ann. super.

MDCCLXXVIII. *Joseph Toaldo Vicetinus*, Praepositus SS. Trinitatis, Astronomiae, Geographiae et Meteorologiae Professor, Pro-Rector et Syndicus iterum ex litteris XII. Kal. Octob. MDCCLXXVII. Impensa ad laureas etiam theologicas, vel eas medicas quae Hebraeis conferuntur, ad certos fines contra-

ctae sunt, taxatione per Triumviros facta, ut nulli imposterum arbitrio sit locus, poenis in violatores indictis.

**MDCCLXXIX.** *Antonius Co. Pimbiolo degli Enghelsredi Patavinus, Medicinae theoricae secundo loco Professor, Pro-Rector et Syndicus ex litt. XVI. Kal. Octob. ann. super.*

**MDCCLXXX.** *Silvester Silvestri Vicetinus, Philosophiae moralis Professor, Pro-Rector et Syndicus litt. MDCCLXXIX. X. Kal. Septemb.*

**MDCCLXXXI.** *Antonius Lavagnoli Veronensis, Logicae et Artis criticae Professor, Pro-Rector et Syndicus V. ex litt. MDCCLXXX. VI. Kal. Octob.*

**MDCCLXXXII.** *Joannes Baptista Marinelli Rhodiginus, Geometriae Professor, Pro-Rector et Syndicus ex litt. XIII. Kal. Octob. ann. super.*

*Angelus Ziliani Brixianus, ex Minoritis Conventualibus, seriem ab omnibus terrae regionibus avium, reptilium, quadrupedum, et etiam insectorum colligit, quorum cadavera unguentis aptisque medicamentis servata, elegantique artificio ita disposita, ut viva et spirantia referrent, ultro obtulit Triumviris. Magistratus donum in sui tutelam benigne exceptit, litter. hoc anno datis XVI. Kal. Januarii, annuitque ut novo Musaeo in D. Antonii Coenobio constituto D. Marci effigies imponeretur. Atque ut rem magis et viri industriam soveret, Ziliani ipsum Musaeo custodiendo et augendo praefecit, tributis in annos singulos argenteis XII., qui ad XXXVI. aucti sunt anno MDCCLXXXV. VI. Id. Jun., ad LX. vero anno MDCCLXXXVIII.*

**MDCCLXXXIII.** *Joannes Sograffi Cassiopoeus, Professor Chirurgiae practicae in Nosocomio, Pro-Rector et Syndicus iterum litteris XIV. Kal. Octob. MDCCLXXXII.*

**MDCCLXXXIV.** *Joannes Baptista Nicolai Venetus, Archipresbyter Paderneli in Dioecesi Taurisana, Professor Analyseos, Pro-Rector et Syndicus.*

**MDCCLXXXV.** *Albertus Zaramellini Patavinus; Philosophiae Professor secundo loco, Pro-Rector et Syndicus litteris MDCCLXXXIV. V. Kal. Octob. Magistratus preces excipiens Hieronymi Trevisan Patavini decem ab hinc annis Archiatri Magistratus Urbani, cui publica salus committitur, argent. ei L. constituit in annos singulos ex aerario Matricularum, litter. X. Kal. Octob., ut egregio viro aliquo modo gratificaretur, cuius doctrina utilissima est scholaribus ipsis, quos sibi quotidie Socios adjungit, cum de more in Nosocomio aegrotos invicit.*

**MDCCLXXXVI.** *Joannes Marsili Venetus, Botanices in Horto Professor, Pro-Rector et Syndicus iterum litt. anni super. II. Non. Octob.*

MDCCLXXXVII. *Joseph Bertossi Utinensis*, Professor Medicinae practicae loco secundo, Pro-Rector et Syndicus iterum litter. MDCCLXXXVI. V. Kal. Octob.

---

## PROFESSORES ARTIUM

---

### Schola sacrae Theologiae.

*Tenantur ad hanc scholam Theologi omnes, qui biennio ipsi interesse debent antequam possint ad lauream accedere. — Assignata hora tertia matutina diebus ordinariis.*

Sacrae Theologiae schola, Tommasini (*De Gymn. Patav.* Lib. III. Cap. 37.) et Facciolati (*Fast. Part. II.* pag. 94) testibus, cum inducta primum in Gymnasium fuit, unica erat, nullique obnoxia. Sed cum anno MCCCCXC., scholam regente Magistro *Grazia* ex Familia Minoritarum, qui ratione Instituti sui *Joannis Scoto* vestigiis et doctrinae insistebat, contentionum plenae disputationes maxime effervescerunt, divisis opinionibus atque animorum studiis, id tandem obtinuerunt D. Thomae studiosi, ut VIII. Idus Novembris nova theologica schola decreta, quae Thomisticae doctrinae placita traderet, facultas haec bipartiretur, Professoresque duo constituerentur, Dominicanus unus, alter Minorita, quorum primo D. Thomae, alteri Joannis Scoto doctrina explicanda assignaretur. Binae hae scholae perrexerunt ad annum MDCCLXXI., quo XIX. Kal. Octob. unicam denuo, eamque liberam Senatus esse voluit.

MDCCLVII. X. Kal. Octob. Mag. *Antoninus Valsecchi* Veronensis, ex Dominicanis Observantibus, qui maximam sibi antea famam eloquentia sacra pererat Italia tota, conductus est stipendio floren. CCL. Quater autem confirmatus, aucto singulis vicibus de more stipendio, tandem anno MDCCLXXXVI. IX. Kal. Octob. obtinuit floren. DCCL. Cum vir hic acerrimi ingenii, et in dicendo et scribendo maxime exercitatus, in ea tempora incidisset, quibus greci impiorum hominum, nec tamen indoctorum, scelestissimis scriptis religionisque infestissimis totum Christianum orbem impleverat; ipse, pro suo in pietatem et religionem amore et studio, optimam causam tuendam suscepit doctissimis libris Italico sermone pluribus voluminibus comprehensis, quorum, praeter ea quae inserta sunt in Actis Academiae Patavinae, tituli sunt:

*Orazione in morte di Apostolo Zeno, Poeta e Storico Cesareo. Venezia 1750.* La stessa ristampata in Milano e in Torino.

*Oratio ad Theologiam.* Patavii 1758.

*Dei fondamenti della Religione, e dei fonti dell'empietà.* Libri tre, Volumi tre. Padova, nel Seminario, 1765. Ivi 1766, ivi 1768, ivi 1769, ivi 1771. La stessa, Trento 1769, presso Michelangelo Morano; Genova 1769, presso Bernardo Tarigo in Caneto; Napoli 1771, con data di Padova, a spese di Salvadore d'Ippolito, mercante di libri in Palermo. Eadem Latine versa. Venet. 1767, et ibidem 1770; et versa Polone 1777, Berdyczowie.

*La Religione vincitrice.* Volumi due. Padova, nella tipografia del Seminario, 1776. Ivi 1779. La stessa, Genova 1776, presso Felice Reneto in Caneto. Eadem Latine. Venetiis.

*La Verità della Chiesa Cattolica Romana.* Padova, nel Seminario, 1787.

## Schola Theologiae Scotisticae Coenobitis Minoritis addicta.

*In hujus scholae locum altera suffecta est quae ad Historiam ecclesiasticam nuncupatur. — Intersunt scholae Historiae ecclesiasticae Theologi anni primi, et Juristae anni secundi. — Assignata hora secunda matutina diebus extraordinariis.*

MDCCLVII. Mag. *Franciscus Maria Leoni* Lemniacensis, ex Minoritis Conventualibus. Huic primum commissa erat ea Metaphysicae schola, quae a Magistro, cuius placitis veluti mancipabatur, in via *Scoti* dicta est anno MDCCXXX. IV. Idus Julii floren. CL. Traductus est ad hanc theologicam sexennio post, Non. Decemb., aucto stipendio ad floren. CCL. Anno MDCCXLII. XIX. Kal. Febr. additum illi munus Historiae ecclesiasticae tradendae, quae inducta in Gymnasio anno MDCCXVIII., vacua tamen erat ab anno MDCCXXIX., quo *Joannes Checcoti* Canonicus Vicetinus, qui ei praeerat, propter religionis suspicione in Quaesitorum vincula conjectus est, privatusque docendi jure. Onus autem ecclesiasticae Historiae tradendae ita primum *Leoni* impositum erat, ut prima quidem litterarii anni parte diebus ordinariis Theologiae scholae operam daret; secunda vero et tertia Historiae ecclesiasticae diebus extraordinariis: quae scholarum ratio obtinuit ad annum MDCCLXXI., quo, ut supra diximus, unica et libera Theologiae schola Gymnasio relicta, *Leoni* mandatum est ut in Historia ecclesiastica unice versaretur. Ipse vero, quinis stipendiis accessionibus impletatis, tandem anno MDCCLXXIII., IV. Kal. Maji, meruit flor. ML. Obiit Pa-

tavii VI. Kal. Aug. MDCCLXXV. Vir ingenio abundans, sed meditatione aliquantulum et limae impatiens habitus est, ut etiam ipsius scripta edita testantur, quorum tituli:

*Oratio habita in Gymnasio Patavino cum ad primam Aristotelis Philosophiam publice profitendam accederet.* Patavii 1731, typis Seminarii.

*De Scepticismo.* 1731.

*Sibyllarum in veteri Ecclesia auctoritas, et Historiae ecclesiasticae ac Theologiae conjunctio.* Venetiis, apud Albrizzi, 1744.

*De Scholastica Catholicorum hominum Theologia, historico-critica Disceptatio.* Patavii, typis Seminarii, 1755.

*Epistolae tres in Maffei et Pfasti controversiam de fragmentis S. Irenaei a Pfastio inventis.* Leguntur in Operibus S. Irenaei editis Venetiis 1734, typis Francisci Pitteri, Part. II.

*Rev. Patris Mag. F. F. M. Leoni, Ord. Min. Conventual. Theologi, nec non in Patavina Academia publ. Metaph. Professoris, Epistolae duae: quarum altera est de Pentateucho divinitus dato; altera de usu rationis in Theologia.* Maceratae 1736, typ. haered. Pannelli.

MDCCLXXVII. XV. Kal. Febr. D. *Thomas Antonius Contini Venetus, Clericus Regul. ex Fam. Theatin., suffectus Leoni est constituto stipendio floren. CCCL., quibus CXXX. additi sunt anno MDCCLXXXIII. prid. Non. Septemb. cum primum confirmatus est. Ipse et Messanae in Sicilia in Familiae suae domo scholas rexit, et Parmam accitus Professor primarius in eo Gymnasio Jus canonicum tradidit aliquot annos. Parmensi schola dimissus, ut ipse nobis liberrime fassus est, Patavium advocatus hanc scholam obtinuit. Plura in lucem Opera emisit, quae maximos in utramque partem rumores excitarunt, quorum seriem, qualem ab ipso accepimus, exhibemus. Quae asterisco notata sunt, sine auctoris nomine prodierunt.*

\**Dissertatio historica apologetico-critica de aureo libro, cui titulus: Combattimento spirituale.* Verona 1747, 12.<sup>o</sup>

*Nelle esequie del Reverendissimo P. M. D. Domenico Fazzini Messinese, ex-Generale Basiliano, Orazione funebre recitata sul suo cadavere nella Chiesa del SS. Salvatore la mattina dei 17 Febbrajo 1750.* Messina 1750, 4.<sup>o</sup>

*Delle lodi de' Ss. Cosmo e Damiano, con note critiche.* Venezia 1754.

*Varii Panegirici, stampati nella Raccolta dei Panegirici del Sansoni, tra i quali un' Orazione di ringraziamento nell'esaltazione al Pontificato di Cle-*

\**Riflessioni sopra la Bolla in Coena Domini.* Ven., presso Graiosi, 1769. Le stesse ivi tre volte nell'anno stesso, 8.<sup>o</sup> Prodiit etiam opus in Germanam linguam versum 1770, Freiberg, cum auctoris nomine; ipse enim sibi Opus hoc vindicare voluit, cum quidam le Bret illud usurpare conatus esset. Vid. *Diarium Schafausen.*

\**Il Diritto e la Religione giustificati dall'Autore delle Riflessioni sulla Bolla in Coena Domini.* Tom. 2. Venezia 1773, 8.<sup>o</sup>

*Dizionario delle eresie, degli errori e degli scismi.* Opera tradotta dal Francese, ed accresciuta di nuovi Articoli, Note ed Illustrazioni. Tomi cinque. Parma 1769, 8.<sup>o</sup> Lo stesso, accresciuto di un sesto Tomo intorno le frodi degli Eretici. Venezia 1771.

*Dizionario compendioso della Bibbia, tratto dalla Bibbia stessa e da Giuseppe Ebreo, tradotto ed illustrato.* Si aggiungono alcune importanti Notizie per bene intendere la S. Scrittura. Venezia 1770.

*De singulari Sancte Pagnini Ordin. Praed. libro Commentariorum in Psalmos, Dissertatio epistolaris ad Illustr. et Reverend. Hieronymum Grado-nicum Archiepiscopum Utinensem.* Extat in collectione cui titulus: *Raccolta di Opuscoli scientifici e filosofici.* Tom. XXXI. Venezia 1777, presso Simo-ne Occhi.

*Quale debba essere la educazione dei fanciulli del minuto popolo, e come possa meglio promuoversi pel pubblico bene.* Extat in Diario Italico de rebus ad scientiam naturalem et rem agrariam spectantibus, edito a Griselini ad ann. 1773.

*De primis Historiae legibus. Oratio quam habuit in Gymnasio Patavino cum primum ad Historiam ecclesiasticam enarrandam accederet.* Pat. 1777, ex typographia Conzatti.

\*Varia Italico sermone Opuscula *De extinctione Jesuitarum*, inter quae: *Monumenti Veneti, Riflessioni in forma di Lettere.*

\*Carmina varia Italica passim emissa, et in variis carminum collectionibus, ut sese occasio obtulit, inserta.

Varia Articulorum genera in Diariis ex diversis Italiae locis prodeuntibus, praesertim vero in Diario quod ann. 1780 prodire coepit hoc titulo: *Giornale ai confini d'Italia.* Quae in hoc Diario *Contini* inseruit, signantur ut plurimum littera A.

## Schola sacrae Scripturae.

*Intersunt Theologi anni secundi. — Assignata hora secunda matutina  
diebus extraordinariis.*

Monendum est, Triumviros declarasse anno MDCCCLXXXVII. prid. Kal. Jun., vim omnino habere debere Sen. Cons. prid. Kal. Aug. MDCCXXXII. quod Jus Collegii theologici *sine impensa, examine, et suffragiorum periculo* ad Professores quoscumque extendit, qui ad Theologiam, Metaphysicam, et sacras Paginas interpretandas in Gymnasio conducuntur.

MDCCCLVII. Mag. *Bonaventura Luchi* Brixianus, ex Minor. Conventual., regebat scholam hanc, cuius munus est sacras Paginas religiose interpretari, ac de iis agere quae in divinis libris possunt in hominum disceptationem adduci. Traductus est a Metaphysica anno MDCCXLIV. Non. Maji, adacto stipendio ad flor. CCC., successor datus *Joanni Antonio Orsato* Patavino, Abb. Cassin. Ab eo autem anno quinquies confirmatus est, et tandem anno MDCCCLXXX. XIV. Kal. Februar. crevit stipendium ejus ad floren. CML. Obiit Patavii mense Martio MDCCCLXXXV., postquam functus esset in Gymnasio docendi munere annos quinquaginta, ea qua par erat gravitate, integritate, doctrina. Dissertationes scholae suae studiisque consonas edidit Latino sermone his titulis:

*Oratio pro studiis primae Philosophiae habita in Gymnasio Patavino.*  
Patavii, typis Seminarii, 1737, 8.<sup>°</sup>

*In Spinosam Syntagma.*

*In funere Eminent. et Reverend. D. D. Leandri Cardinalis de Porcia,  
Oratio habita Patavii in templo D. Justinæ IV. Kal. Jul. MDCCXL. a Fr.  
Bonaventura Luchi in Gymnasio Patavino primario Metaphys. Professore.*  
Patavii, typis Conzatti.

*De Protoplasmorum nuditate, et de Serpente tentatore.* Patavii, typis Seminarii, 1750, 4.<sup>°</sup> Ibidem 1755, 8.<sup>°</sup>

*De trajectione maris Idumaei, et de Sacrificiorum origine.* Pat. 1753, 4.<sup>°</sup>  
MDCCCLXXXVI. IV. Kal. Aug. *Joseph Maria Pujati* Saciliensis, Monach. Cassin., scholam obtinuit decretis, stipendii nomine, floren. CCC., excitavitque Patavii jucundissimam memoriam clar. *Joseph Antonii* patris, de medicis doctrinis optime meriti, et immaturo fato Gymnasio nostro praerepti cum primam Medicinae practicae scholam occuparet, ut mox dicendum erit. Accessit autem Pujati ad scholam hanc cum jam antea et Romae in Collegio Clementino, et

Brixiae, et aliis in locis cum Somascheni Familiae nomen dedisset, et Patavii etiam, postquam ad Cassinenses transiit, Philosophiam apud suos pluribus annis docuisse. Leguntur plura ejus scripta edita, quae inscribuntur:

*Dissertazione sopra quattro versi del Libro I. della Georgica di Virgilio, al ch. sig. Abate Lami.* Inserita nella grande edizione delle Opere di lui. Roma, presso Monaldini.

*Due Oratiori per l'Assunzione della B. Vergine.* Roma 1761, presso il Cracas.

*Accademia sopra l'istinto degli animali, per trarne lezioni di Morale.* Roma 1762, presso il Cracas.

*Il Ver-Verde, poemetto del sig. Crasset, dalla lingua Francese recato nell'Italiana.* Canti quattro in ottava rima. Lugano 1763.

*Saggio di belle lettere.* Roma, presso il Cracas, 1766-1767.

*De ineffabili Trinitatis Mysterio. Orationes septem habitae in Sacello Pontificio ad SS. D. N. Clementem XIII. Pont. Max. Romae, ex typographia Cracas, 1767.*

*Breve Esercizio di nove giorni, a prevenire la festa di S. Girolamo Miani fondatore della Congregazione dei CC. RR. Somaschi.* Roma 1768, presso Angelo Maria Ancilloni.

*Poesie in morte della Marchesa Metilde Bovio Ercolani, Dama dell'I. R. Ordine della Crociera, raccolte e indirizzate al signor Marchese Antonio Silvestri Bovio.* Bergamo 1769, per Francesco Locatelli.

*Propositionum theologiarum specimen ad universam pene Theologiam explicandam, quas unice excerptas ex S. Augustino, eidemque Patri suo et Magistro dicatas, publico certamini exponunt Clerici Regul. Congregat. Somaschae in Collegio Clementino.* Romae, ex typographia Cracas, 1771.

*La buona Causa già difesa dal P. Contin contro il P. Mamachi, invincibilmente dimostrata in dodici Proposizioni.* Venezia 1774, presso Gaspare Storti. La stessa inserita nel Tom. III. della Raccolta degli Opuscoli interessanti la Religione. Pistoja 1784.

*Per lo primo solenne ingresso al Gonfalonierato di Giustizia del Nob. ed Eccelso sig. Senatore Antonio Bovio Silvestri de' Fabi Marchese di Bagno, ec. Bologna, nella stamperia di Lelio dalla Volpe,* 1776.

*Per le nozze delle EE. LL. N. U. Co. Antonio Savorgnan e N. D. Co. Marina Tiepolo, due Poemi di Catullo volgarizzati.* Bologna presso Lelio dalla Volpe, e Venezia nella stamperia Albrizzi, 1777.

*Manuale delle anime religiose.* Roma, nella stamperia Salomoni, 1777.

*Lettera di un Teologo ai signori Estensori delle Effemeridi letterarie di Roma, in difesa d'una Dissertazione stampata in Bologna sul ritorno degli Ebrei alla Chiesa.* Roma 1778.

*Difficoltà proposte all'ex-Gesuita signor Can. Luigi Mozzi sopra le sue Riflessioni critico-dogmatiche.* Lettera prima. Italia 1779. Seconda, ivi 1780. Terza, ivi 1780.

*Lettera al P. D. C. V. S. sopra la contraddizione delle Effemeridi letterarie di Roma in riguardo alla Dissertazione da Luigi Mozzi combattuta.* Milano, presso Gaetano Motta, 1778.

*Altra Lettera al P. D. C. V. S. sopra la Risposta di un Sacerdote Romano alla prima.* Milano, presso Gaetano Motta, 1779.

*Lettera al Nob. sig. N. di Bergamo sopra la divozione al Cuor di Gesù.* Venezia 1780, presso Simone Occhi.

*Riflessioni sopra l'origine, la natura ed il fine della divozione al Sacro Cuor di Gesù.* Napoli 1780.

*Lettera al P. D. Ferdinando Fachinei, Lettore Vallombrosano, sopra il Codice della ragione del signor Ab. di Ponçol.* Vicenza, presso Antonio Veronese, 1780.

*Pio esercizio detto la Via Crucis.* Firenze per Antonio Giuseppe Pagani e Compagni, e Pistoja presso Atto Bracali, 1782.

*Novena per la Festa di S. Mauro Abate,* stesa da un Monaco Benedettino della Congregazione Cassinese. Ferrara per Francesco Pomatelli.

*Due Opuscoli (dell'Arnaldo) sulle regole dai SS. Padri osservate nel difendere le verità combattute e l'innocenza calunniata, tradotti dal Francese, con Prefazione e Note.* Venezia 1783, presso Simone Occhi.

*Panegirico recitato nella Prepositurale di Adrara l'anno 1784 in occasione che in quella Chiesa furono solennemente esposte le Reliquie.* Bergamo, per Francesco Locatelli, 1784.

*Lettera sulla fallibilità della Chiesa nelle cose di fatto.* Inserita nel Tomo V. degli Opuscoli interessanti la Religione. Pistoja, nella stamperia d'Atto Bracali, 1784.

*Meditazioni sull'Epistola di S. Paolo ai Romani, col testo Latino ed Italiano, che diviso in versetti fa l'argomento di ciascuna Meditazione.* Padova 1784, presso Giovanni Manfrè.

*Compendio della Istituzione o Istruzione Cristiana.* Dedicato alle Reali

Principesse M. Teresa e Luisa M. Amalia, Infanti delle due Sicilie. Ven. 1784, presso Simone Occhi.

*Riflessioni d'un Italiano sullo stato dei Regolari.* Venezia 1784, presso Simone Occhi.

*Sei Lettere ai Compilatori del Giornale letterario di Vicenza.* Ristamate e inserite nel Tomo XII. della Raccolta d'Opuscoli interessanti la Religione. Pistoja 1786, nella stamperia d'Atto Bracali.

*Oratio habita in Gymnasio Patavino XVI. Kal. Dec. MDCCCLXXXVI cum primum sacras Paginas explicare aggredetur.* Venetius 1786, apud Simonem Occhi.

*Esame d'un Articolo del sig. de La Lande sopra i liberi Muratori, e di una nuova Apologia sopra i medesimi.* Venezia 1787, presso Simone Occhi.

## Schola Metaphysicae.

*Intersunt Theologi omnes. — Assignata hora secunda matutina diebus ordinariis.*

Ratio Metaphysicae tradendaē, non secus ac Theologiae, primis temporibus biformis erat in Gymnasio; altera quae D. Thomae, altera quae Scoti doctrinis et opinionibus inhaerebat. Sed optatam denique libertatem nacta, anno MDCCXXXIX. duos sibi Professores adscivit, Logica tamen adjuncta quasi socia et comite. Tunc Mag. Bonaventurae Luchi, qui Metaphysicam jam pertractabat ex Scoti doctrina ab anno MDCCXXXVI., datus est locus primus; ad secundum vero advocatus est a Patavini Seminarii scholis Angelus Schiavetti Bergomas anno MDCCXL. III. Non. Maji flor. CCL., cuius stipendium quinque auctum usque ad annum MDCCCLXXIX. III. Kal. Maji flor. stetit MLX. Cum Luchi ad sacras Paginas, ut diximus, transisset, Schiavetti locum primum ascendit, eodemque tempore Antonius Lavagnoli secundum occupavit. Metaphysica igitur et Logica in hac scholarum et Professorum communione fuerunt ad annum MDCCCLXI., quo VI. Kal. Aug. a se invicem dissociatae, quaelibet sibi uni Professorem obtinuit, Schiavetti Metaphysica, Logica Lavagnoli. Schiavetti nonagenario major obiit Montesilice MDCCCLXXXIII. VII. Id. Aug., cum ibi de more esset absoluto litterarii anni curriculo, et rite sacris muneribus in ecclesia illa fungeretur, quae ipsum in suorum Canonicorum coetum a juventute cooptaverat. Ipse autem in Gymnasio nominis celebritatem sibi comparavit summa in docendo perspicuitate et elegantia sermonis; et extra ipsum non ignotus omnino fuit scriptis in lucem emissis, quorum titulus: *Disputationes duodecim*

*Metaphysicae habitae in Gymnasio Patavino ad obscura quaedam Aristote-  
lis loca illustranda.* Venetiis 1759.

**MDCCLXXXVI.** V. Id. Maji. *Joannes Loviselli Venetus*, in locum a *Schia-  
vetti* relictum deductus est floren. CCC., cum aliquot ab hinc annis in Patavino  
Clericorum Seminario mathematicas disciplinas cum laude tradidisset. Primam  
habuit in schola orationem eodem anno XI. Kal. Julii, quam, ut res patiebatur,  
ita luminibus a Mathesi mutuatis temperanter illustravit, ut facile apparuerit  
quantum adjumenti per sobrium et ingeniosum hominem a Mathematica possit  
in Metaphysicam importari.

### Schola Medicinae theoreticae primi loci.

*Intersunt Medici omnes annorum tertii vel quarti, prout Professor in prima vel secunda  
curriculi sui parte versatur. — Assignata hora prima matutina diebus ordinariis.*

Absolvitur curriculo annorum duorum omnis ea, quae ad lauream conse-  
quendam scholaribus praestat Gymnasium nostrum in Medicina theoretica insti-  
tutio, ad quam accedunt postquam superiore biennio physicis doctrinis, medi-  
cisque elementis operam et studium contulerint. Et primo quidem anno, qui  
ipsis tertius est, Physiologia, altero Pathologia pensum praebet quotidianis exer-  
citationibus. Itaque bini sunt Professores, qui singulis annis alternas hasce duas  
doctrinae partes inter se dividunt et sumunt explicandas, a Physiologia incipien-  
tes anno primo, prodeentes altero ad Pathologiam, tertio ad Physiologiam rever-  
suri, et sic deinceps. Hinc qui Medici scholares tertium agunt curriculi annum,  
eum audire debent Professorem, cui ille anno contigit Physiologiam pertractare,  
anno proximo ad Pathologiam cum eodem progressuri. Aliae fuerunt antiquis  
temporibus in Gymnasio, eaeque plures, multisque vicibus obnoxiae Medicinae  
theoreticae scholae; sed hae duae tantum supersunt, iis omnibus paulatim clausis,  
quae splendori magis, quam doctrinae et solidae utilitati consulere videbantur.  
Huc autem revocanda sunt quae de locis scholarum primis et secundis innui-  
mus cum de Juristis ageremus; ea enim eodem modo omnibus etiam Artium  
Professoribus aptantur.

**MDCCLVII.** *Jacobus Piacentini* ex Castro-Franco, scholae huic praeerat  
ab anno MDCCXLI. IV. Kal. Octob., translatus ab Avicennae schola tum clau-  
sa, ad quam accitus fuerat anno MDCCXXVIII. IV. Non. Jan., ejusque stipen-  
dium antea flor. DCCC. hoc ipso anno X. Kal. April. auctum est ad M. Egre-  
gius sane vir ac de Medicina optime meritus, quam annos amplius XXXIV.

excoluit Patavii docendo et scribendo summa cum omnium opinione et laude. Doctrinae suae specimen aliquod, ad ipsius memoriam et desiderium apud nos saepius renovandum, habes in Opusculis quae ex eo prodierunt. Vita functus Patavii anno MDCCLXII. IX. Kal. Jul.

*De Barometro, Dissertationes duae.* Patavii, typis Jo. Baptista Conzati, 1711.

*Oratio habita in Gymnasio Patavino cum ad practicam Medicinam publice profitendam accederet.* Patavii 1729, typis Seminarii.

*De vena quae in morbis particularium partium corporis sit salutarius incidenda.* Partes duae. Vol. I. Patavii, typis Seminarii, 1756.

*Institutiones Medicae.* Opus posthumum. Patavii, typis Seminarii, 1766.

MDCCLXIV. VII. Kal. Jun. *Bartholomaeus Lavagnoli*, origine Veronensis, a schola de morbis mulierum, puerorum et artificum ad hanc traductus stipendio suo floren. MC.; sed anno nondum exacto, nimirum IV. Non. April. MDCCLXV. diem obiit supremum. Aliqua de doctissimo viro, pro instituti nostri ratione, mox delibabimus cum de secundo hujus Medicinae loco dicendum erit.

MDCCLXV. Idib. April. *Leopoldus Marcus Antonius Caldani* Bononiensis, ab eadem schola de morbis mulierum in locum hunc deductus est, qui quodammodo aptior videbatur ipsius ingenii viribus et doctrinae. Ipse enim in patria primum et in patrio Lyceo Medicinam et fecit et publice edocuit. Venetas profectus, quamdiu ibi fuit summam de se movit expectationem, quam optime sustinuit et cum anno MDCCLXIV. VII. Kal. Jun. conductus est ad scholam de morbis etc. cum paritate primi loci ex veteri formula, et cum anno post ad hanc traductus est aucto ad flor. DC. stipendio, quod postea tribus accendentibus incrementis ad flor. MCCL. pertingit anno MDCCLXXXVII. Kal. Sept., quibus CC. additi sunt ob novum adjectum anatomicum onus. Revera ipse non solum Anatomen administrandam scholae suae muneribus adjunxit; sed cum Triumviri litterarii sapientissime imperassent, ut Professor quilibet auctorem sibi eligeret a Magistratu probandum, qui pro ratione Instituti exemplar esset et dux cuique in propria disciplina tradenda, ipse ex iis fuit, qui non alios quam seipso sequi voluerunt, et hinc absolutissima edidit duobus voluminibus Commentaria, quae Physiologiae ac Pathologiae universae elementa completerentur. Haec autem ita explerunt in hac re doctorum desideria, ut non solum Professoribus nostris communia sint, sed excepta etiam in aliqua exterorum Gymnasia theoricae Medicinae pertractandae inserviant optimo fructu et successu. Habes

etiam ejusdem Professoris edita *Opera alia, praeter ea quae continentur in voluminibus Academiae Patavinae.* Sunt vero Operum tituli ad hanc diem editorum:

*Lettera al sig. di Haller sull'insensibilità ed irritabilità di alcune parti degli animali.* Inserita nel Tomo I. d'una Raccolta di Operette sullo stesso argomento, pubblicata da D. Giacinto Fabri. Bologna, nella stamperia di S. Tomaso d'Aquino, 1757. Eadem Gallice reperitur in Tomo III., cuius titulus: *Memoires sur la nature sensible et irritable.* Lausanne 1760. Accedit in eodem Tomo *Lettre seconde sur l'insensibilité et irritabilité.*

*Lettera terza sullo stesso argomento al Dott. Gaetano Rossi di Modena.* Bologna, S. Tomaso d'Aquino, 1758.

*Lettera sull'uso del muschio nell'idrofobia.* Venezia, presso il Doregni, 1761.

*Articoli di argomento medico-teorico-pratico.* Nel Giornale Veneto di Medicina del Dott. Pietro Orteschi sotto il nome dell'autore, o sotto il nome accademico di Dorilao.

*Epistola ad Hallerum.* Exitum exponit aliquorum experimentorum, quae ab Hallero fieri optabantur. Legitur in Opere: *Estratto della Letteratura Europea.* Tom. 2. Yverdon 1763.

*Storia della malattia che trasse di vita la Nob. S. C. B. P. C.* Venezia, presso il Doregni, 1766.

*Innesto felice di vajuolo.* Padova 1768.

*Esame del Capitolo sesto dell'Opera intitolata: Ratio medendi etc. del sig. di Haen.* Padova 1770.

*Institutiones pathologicae.* Patavii 1772. Eaedem Patavii 1776. Eaedem Venetiis 1786. Eaedem Lugduni Batavorum, opera DD. Sandifort et Oosterdik in eo Gymnasio Professorum, cum Indice adjecto, 1785. Eaedem Pragae in Germanam linguam versae, 1784.

*Institutiones physiologicae.* Patavii 1773. Eaedem Patavii 1778. Eaedem Venetiis 1786. Eadem Pragae in Germania, 1784. Eaedem Lugduni Batavorum, ut supra dictum est de Institutionibus pathologicis.

*Dialoghi di Fisiologia e Patologia.* Padova 1778.

*Institutiones anatomicae.* Tomi primi Pars prima, continens *Osteologiam.* Venetiis, apud Pezzana, 1787.

## Schola Medicinae theoricae secundi loci.

*Intersunt Medici anni tertii vel quarti, prout contigit eo anno Professori Physiogiam vel Pathologiam tradere. — Assignata hora prima matutina diebus ordinariis.*

**MDCCLVII.** *Bartholomaeus Lavagnoli*, origine Veronensis, cum paritate primi loci scholam regebat. Accessit ad Gymnasium in primo juventutis flore. Anno enim MDCCIX. XIII. Kal. Novemb. obtinuit scholam tertiam Philosophiae extraordinariae, quae clausa nunc silet, in qua cum sexennio et ingenii vires expertus esset et sese aptum ad majora probasset, meruit ad Meteora deduci flor. CL., et triennio post ad locum secundum Medicinae practicae extraordinariae eodem stipendio, cui flor. CC. additi sunt anno MDCCXXXIII. Sed cum locus ille quoque sublatus esset, *Lavagnoli* qui, ut ait Facciolati, magna juventutis frequentia docebat, ad locum hunc venit, cui praefuit ad annum MDCCLXI., quo cum Senatus decreverit VI. Non. Maji secundas scholas tollendas esse, ipse Triumvirali Constitutione VI. Kal. Aug. migravit ad novam scholam de morbis mulierum, puerorum et artificum, et triennio post ad hujus Medicinae scholam primam, ut supra dictum est. Interim ejus stipendum, quod anno MDCCXLIX. erat floren. CM., attigit flor. MC. anno MDCCLVIII. V. Id. Septemb. Quanti autem ipse fieret, et quanta doctrinarum fama clareret, ex eo conjicias, quod cum secundam scholam teneret, aequatus est locorum primorum Professoribus decreto honorificentissimo, qui honor summis tantum atque optimis meritis viris interdum tribui solet. Accedit etiam, quod cum intelligerent Triumviri Gymnasium chymicis tentaminibus et doctrinis carere non posse sine maximo dedecore et damno, *Lavagnoli* ipse aptissimus judicatus est anno MDCCXLIX. XVII. Kal. Septemb., qui novum hoc munus, scholae suae muneribus adjectum, susciperet diebus Dominicis exercendum, dicendo tamen, non experiendo; quod et propter jucundissimam rei novitatem, et viri ipsius sagacitatem et industriam, maximam ipsi famam et auditorum frequentiam conciliavit. Non est etiam praetereundum, Triumviros ipsos anno MDCCLVIII. IV. Id. Jun. ei commisso, ut de Thermis Aponensibus ageret, ei socium adjungendo *Dominicum Vandelli*, Hieronymi Prof. filium. Hinc prodierunt anno MDCCLVIII. ipsius *Vandelli* Dissertationes tres *De Aponi Thermis*, et anno MDCCLXI. Opusculum *De Thermis Agri Patavini*. Sunt Opera a *Lavagnoli* edita:

*Oratio habita in Lyceo Patavino cum primum Astrologiam et Meteorologiam docere publice aggrederetur. Accedunt Animadversiones in libros Meteorologicorum Aristotelis. Patavii, ex typographia Seminarii.*

*De usu pravo et recto disciplinarum optimarum in Medicina.* Opus in tres Partes divisum. Pars prima *De usu Chymiae.* Patavii 1732, typis Conzatti. Reliquae Partes ineditae sunt.

*Cum Marcus Foscarini eques D. Marci Procurator electus iniret solemniter dignitatem, Oratio Bartholomaei Lavagnoli, et ab ejus filio collecta Carmina.* Patavii, typis Seminarii, 1752.

MDCCLXVIII. Kal. Decemb. *Antonius Pimbiolo degli Enghelfredi Patavinus* huc traductus est a theoricae Medicinae loco tertio floren. CCC. Quamvis Senatus anno MDCCLXII. III. Kal. Oct. censuerit, secundas scholas, quas anno superiore cessare jussérat, cum vacarent, restituendas esse; tamen haec sexennio vacua fuit, donec Professorem, quem diximus, nacta est. Moverat autem ipse summam de se expectationem, cum jussus, anno MDCCLXV. IX. Kal. Maji, in Thermis Aponensis versari, eorum prius fontium virtutem et qualitates chymicis tentaminibus eruendo, mox indicando quaenam aedes iis in locis, quam ratione et impendiis erigi possent balneorum usibus accommodatae, haec omnia cumulatissime absolvit, et in scriptum redegit Magistratui probatissimum, innuens etiam novum a se illis in locis detectum fontem, cuius erumpens aqua illi similis est quae dicitur *del Tellunio*. Aliud etiam retulit existimationis testimonium cum tertium illum locum occuparet; scholaribus enim eum audiētibus datum est, anno MDCCLXIII. XII. Kal. Jan., ut possent ab eo scholarum testimonia obtinere, quibus ad lauream consequendam uterentur: quod locorum tertiorum Professoribus a Triumviris denegatum, recentibus etiam litteris datis MDCCLXI. VII. Id. Jan., nonnisi meritissimis interdum concedi solet. Ad hunc autem locum evectus eum tenuit summa cum dignitate ad ann. MDCCLXXXVI., cum missio petenti a Senatu concessa est XII. Kal. Octob., condonatis iu reliquum vitae tempus annuis flor. CCC. ex stipendio, quod bis confirmatum annis superioribus obtinebat flor. DCX. Porro ipse et de Medicina simul et de patria meritus est optime cum ea edidit, quae inscribuntur:

*Il Quadro di Cebete filosofo tradotto in lingua Toscana.* Padova 1761.

*Summa capita rerum quas anno hocce scholastico pertractabit Antonius Pimbiolo.* Patavii 1763, ex typographia Cominiana.

*Praelectio habita in Gymnasio Patavino cum primum in scholae possessionem veniret III. Kal. Maji MDCCLXIII. Hippocrates systemata neque conflavit, neque admisit, sed solas observationes est consecutus.* Patavii 1764, ex typographia Cominiana.

*De Patavini aëris qualitatibus, Oratio.* Patavii 1771.

*Saggio sopra le dosi dei medicamenti.* Padova 1774.

*Discorso sopra le qualità degli effluvii del baco da seta.* Padova 1776.

*Esame intorno le qualità del vitto dei contadini del Territorio Pado-vano.* Padova 1783.

**MDCCLXXXVI.** IX. Kal. Octob. *Stephanus Gallini Venetus, Pimbiolo* veniam obtinenti successit eo ipso die flor. CCC. Quamvis ipse aetate adhuc vi-ridi, tamen Medicorum reipublicae notus est. Cum enim extera etiam Italiae, Galliae et Angliae Gymnasia peragrasset, ut ex optimis fontibus et plenissimis doctrinas hauriret purissimas et uberiores, in patriam reversus Medicinae honori et commodis optime consuluit, Medico illo Diario Venetis typis prodeunte duo-bus ab hinc annis, in quod ipse, ab egregiis sociis in laborum communionem advocatus, utilissimam operam contulit. In lucem etiam emisit Venetiis quam habuit Orationem, omnium consensione probatam, cum primum scholae suae se sisteret III. Id. Octob. MDCCLXXXVI.

### De tertio Medicinae theoreticae loco Patavinis addicto flor. XX.

*Assignata hora prima pomeridiana diebus ordinariis.*

**MDCCLVII.** Jo. Baptista Donini scholam regebat ab anno MDCCXXXI. XIII. Kal. Febr.

**MDCCLXIII.** III. Id. Aprilis *Antonius Pimbiolo degli Enghelfredi*, ad hunc evocatus, quinquennio post evectus est ad locum secundum.

**MDCCLXXII.** *Joannes Romano*, cum ad Medicos transire mallet, tradu-ctus est a Philosophiae loco tertio. Non multo post Adriam petuit Medicinam fa-cturnus. Ei tamen merenti concessum aliquot annis stipendium, et nomen in albo Gymnasii.

**MDCCLXXVI.** X. Kal. Januar. *Michael Amai De Dondi dall'Orologio.* Hic etiam cum locum sexennio habuisset, Opitergium profectus est ad Medi-cinam exercendam.

**MDCCLXXX.** *Melchior Capovilla*, qui locum adhuc in albo retinet bona Triumvirum venia ex litteris X. Kal. Octob. MDCCLXXXV., quamvis absens Medicinam Pinguente faciat.

## Schola Medicinae practicae primi loci.

*Intersunt Medici anni tertii vel quarti, prout eo anno Professor vel de febribus agit, vel de morbis particularibus. — Assignata hora secunda matutina diebus ordinariis.*

Eodem biennio, annis nimirum scholastici curriculi tertio et quarto, eademque ratione qua scholares in Medicina theorica erudiuntur, practicam etiam accipiunt quantum ad laureae obtinendae jura opus est. Huic igitur in binas partes distributae, quarum prima febrium, altera morborum particularium tractationem complectitur, bini Professores tribuuntur, qui ex duabus his partibus singulis annis alternas tractant, ut de theorica dicebamus. Itaque Medici scholares anni tertii eum adeunt Professorem, ad quem spectat eo anno de febribus agere, atque una cum ipso migrant anno postero ad morbos particulares.

**MDCCLVII.** *Joseph Antonius Pujati* Saciliensis, Medicus summi nominis, diurno usu et doctissimis scriptis editis clarissimus, locum occupabat ab anno MDCCLIV. XIV. Kal. Maii stipendio flor. DC. Sed sexennio tantum locum tenuit; immatura enim mors eum rapuit anno MDCCLX. prid. Id. Junii, simulque spem omnem praecedit, ad quam omnes exerxerat sapientissimi viri fama, quam sibi merito comparaverat cum Venetiis primum, tum apud Dalmatas, hinc Polcenici et Portu Naonis, tandem Feltriae feliciter Medicinam exerceret antequam ad Gymnasium advocaretur; et ipsius optima ratio juvenum instituendorum, quae etiam ex scriptis colligitur, quae vir operosus in lucem emisit, quorum titulos habes:

*Dissertazioni fisiche, ed un'Egloga intorno all'origine delle fontane. — Dissertazione I. Della ragione di predire i cangiamenti dei tempi. — II. Della voce e sua formazione, e fenomeni sì naturali che morbosi. — III. Dissertazione meteorologica.* Venezia, presso Hertz, 1726.

*Decas variarum medicarum observationum, theoreticis practicisque animadversionibus illustratarum.* Hisce praeposta est, praefationis loco, *Dissertatio de peculiaribus et rarioribus observationibus in praxi medica conscribendis, et de methodo eas conscribendi.* Accessit item *Epistola de vera Hippocratis doctrina circa venae sectionem et catharsim in febribus*, nec non *Disquisitio de hydrargyri interno usu.* Venetiis, apud Coletti, 1726.

*De morbo Naroniano Tractatus.* Feltriae, typis Seminarii, 1747.

*Riflessioni sul vitto Pittagorico.* Feltre, nella stamperia del Seminario, per Odoardo Foglietta, 1751.

*De victu febricitantium, Dissertatio.* Patavii, typis Seminarii, 1758.

*Della preservazione della salute dei letterati, e della gente applicata e sedentaria.* Venezia 1762, presso Antonio Zatta. La stessa, coll'aggiunta di due Memorie sopra la vegetazione di alcune rape, di Anton Gaetano Pujati suo figlio. Venezia 1768, presso Antonio Zatta.

*Dissertationes medicae quinque ab ejus filio Antonio Cajetano editae.* Opus posthumum. Venetiis, apud Jo. Baptisam Pasquali, 1771.

*Lettera ad Anton Gaetano suo figlio, in cui s'impugna l'opinione di quelli che i moti sani o morbosi della macchina animale immediatamente dall'anima, come da efficiente cagione, fanno procedere.* Nel Tomo I. della Raccolta del P. Ab. Calogerà.

MDCCLXI. VI. Kal. Aug. *Jacobus Co. Scovolo Brixianus* huc ascendit a loco secundo, stipendio suo flor. DCXX., quod bis auctum annis MDCCLXIV. et MDCCLXXXIII., crevit ad flor. CMLXX. Hic aetate adhuc viridi in Profesorum album cooptatus, cum dignitate summaque opinione muneri satisfecit annis XXXI., sibique Medicinam faciendo non Patavii modo, sed in finitimus etiam civitatibus optimi, felicis et probatissimi Medici nomen conciliavit. Obiit constanti aetate anno MDCCLXXV. X. Kal. April. Legitur ex eo: *Historia morbi scripta ab auctore, cum anonymi responsione. Sine anno et typ.*

MDCCLXXVI. VI. Id. Aug. *Joannes Fortunatus Bianchini* Neapolitanus advocatus est flor. DL., cum Utini plurimos annos Medicinam felicissime exercisset. Ipsius autem fama non intra illius urbis moenia continebatur, latissime diffusa doctissimis scriptis ab eo saepius in lucem emissis. Cum enim ipsius aetate maxima primum extitissent dubitationes et controversiae de electricitate in usus medicos traducenda, et praecipue de ratione qua possent medicamenta per eam et venena ministrari; ipse inter primos quid in hoc recte conjectare liceat, ostendit, et captis in se ipso periculoso auso experimentis, speciosa delevit commenta, et omnes hac in re suspiciones vitor amovit. Hinc factum est, ut et illius stipendum ab Utinensibus extra ordinem augeretur, et meruerit ipse exterius homo civitate illa donari, imo in principem civium ordinem referri rarissimo nunc temporis in his regionibus exemplo, ne dicam nullo. Sed triennio tantum Gymnasio adfuit fato raptus anno MDCCLXXIX. IV. Non. Septemb.

Sunt ejus scripta edita quae innuebamus:

*Saggio di esperienze intorno alla Medicina elettrica, fatte in Venezia da alcuni amatori di fisica.* Venezia, presso Pasquali, 1749.

*Lettere medico-pratiche intorno all'indole delle febbri maligne ed ai*

*loro principali rimedii, colla storia dei vermi del corpo umano, e dell'uso del mercurio.* Venezia, presso Pasquali, 1750.

*Osservazioni intorno all'uso dell'elettricità celeste, e sopra l'origine del fiume Timavo.* Venezia, presso Gio. Battista Pasquali, 1754.

*La Medicina d'Asclepiade per ben curare le malattie acute, raccolta da vari frammenti greci e latini.* Venezia, presso Pasquali, 1769.

*Introductio ad praxim medicam.* Oratio habita in Gymnasio Patavino cum primum cathedram concenderet.

MDCCLXXXII. IV. Kal. Sept. *Andreas Comparetti Forojuliensis*, conductus flor. CCCC., et suffectus *Leonardo Targa Veronensi*, medico peritissimo, editisque libris celeberrimo, qui anno MDCCLXXX. XIV. Kal. Septemb. vocatus flor. DL., valetudinem rite causatus, missionem obtinuit antequam se Gymnasio sisteret. *Comparetti* autem, qui plures annos Venetiis Medicinam feliciter fecerat, ad scholam optime regendam paratissimus accessit ardentis ingenio, assiduisque in medicis, anatomicis et physicis rebus studiis, quorum specimen in Operibus habes doctis viris probatis, quae in hodiernum diem ab eo prodierunt, quorum tituli sunt:

*Occursus medici de varia aegritudine infirmitatis nervorum.* Ven. 1780

*Observationes opticae de luce inflexa et coloribus.* Patavii 1787.

*Observationes anatomicae comparatae de aure humana.* Patavii 1787.

*Lettera al ch. sig. Ab. Boscovich sulle nuove scoperte di Ottica,* inserita negli Opuscoli che escono in Milano, Tomo VII. Parte L.

## Schola Medicinae practicae loci secundi.

*Intersunt Medici anni tertii vel quarti, prout Professor vel de febribus agit, vel de morbis particularibus. — Assignata hora secunda matutina diebus ordinariis.*

MDCCLVII. *Jacobus Co. Scovolo Brixianus* locum occupabat ad eum ductus anno MDCCXLIV. III. Kal. Martii flor. CCL. Bis autem confirmatus aucto stipendio, demum anno hoc MDCCLVII. XVIII. Kal. Januar. obtinuit floren. DLXX., quo stipendio migravit ad locum primum anno MDCCLXI. ex Sen. Cons. et Triumvirali Constitutione, quae locos secundos auferebat.

MDCCLXIV. Non. Septemb. *Joseph Bertossi Utinensis* in locum venit floren. CCC., scholis secundis restitutis anno MDCCLXH. III. Kal. Octob. Segnis hic vir et a prima juventute operosus, primum ingenii et studiorum specimen dedit Dissertationibus duabus, cum *Dominico Vandelli* in lucem missis, *De*

*partium humani corporis sensibilitate, quae omen dedere et famam novae Medicinae Academiae a scholaribus, ingenii tentandi causa, institutae ann. MDCCCLVI, ut est apud Facciolati (Fast. Part. III. p. 250); quae tamen, eo Venetias abeunte ad Medicinam faciendam, intercidit paulo post. Cum vero Professor scholae munus suscepit, optime consuluit juvenili institutioni duobus editis Commentariis, quibus in arte sua tradenda uteretur. Edidit:*

*Della sensibilità e irritabilità delle parti del corpo umano.* Lettera in risposta alla richiesta fattagli da un amico sopra tale argomento. Padova, per li Conzatli, 1756.

*Delle Terme Padovane, volgarmente dette Bagni d'Abano.* Venezia, presso Sebastiano Coletti, 1759.

*Elementa Medicinae practicae. Pars prima, De febribus.* Patavii 1774, ex typographia Conzatti.

*Elementa Medicinae practicae. Pars secunda, De morbis partium in genere, deque iis singillatim, qui a spasmo initium habent.* Patavii 1777, ex typographia Conzatti.

## De loco tertio practicae Medicinae Patavinis proprio flor. XX.

*Assignata hora secunda pomeridiana diebus ordinariis.*

MDCCCLVII. *Angelus Pisani* hanc regebat ab anno MDCCXVI. III. Kal. Jan. Obiit anno MDCCXLIV. Byzantii, cum Venetum apud Turcas Legatum comitaretur.

MDCCCLXV. prid. Kal. Febr. *Jacobus Maggioni*, qui adhuc locum tenet.

## Schola Philosophiae loci primi.

*Intersunt Medici anni primi si Professor Physicam generalem, secundi vero si particularem pertractat. — Assignata hora secunda matutina diebus ordinariis.*

Physica institutio, duobus annis absolvenda, duos obtinet Professores, quorum munus est anno primo eam quae noto vocabulo *Physica generalis*, altero quae *particularis* dicitur, explicare; ita tamen, ut nunquam eodem anno eamdem uterque tradat. Ergo qui juvenes Patavium veniunt Medicinae operam daturi, eum sibi sumunt Professorem, qui eo anno in albo Gymnasii ad Physicam generalem est designatus, a quo etiam audient anno proximo particularem.

MDCCLVII. *Jos. Suzzi Foro Juliensis*, scholae praecerat ab anno MDCCLIV., quo ductus fuerat III. Kal. Mart. floren. CCCC., quibus CC. additi sunt anno MDCCLI., totidemque quinquennio post extra ordinem, ut praemium aliquod tribueretur viro benemerenti, qui cum *Poleni* fluminum exundationibus coercendis operam impenderat. Laus fuit viri maxima, quod cum mathematicas disciplinas, praesertim vero analyticas, in deliciis haberet, quae quamvis ab aliis etiam Professoribus Patavii excolerentur, tamen si Euclidis elementa excipias, secretiori umbra contentae privatis tantum sedibus continebantur; ipse in ampliorum lucem perduxit, et publicas etiam scholas Physicae tradendae destinatus ignotis ipsarum signis et formulis assuefecit. Hinc quamvis ipse Juris etiam doctrinam libaverit, quam tradidit Venetiis aliquot annos, totus tamen semper in Mathematica fuit, in ea educatus a celeber. viro *Jacobo Co. Riccati*, a qua et laudem quaerens et voluptatem, et privatim in ea libertissime, si qui peterent, erudiebat, et Physicam sibi commissam institutionem mathematico more quoad licuit tradidit, ac demum quae vivens edidit Opuscula, doctis viris probatissima, omnia ad res mathematicas pertinuere. Obiit vir doctissimus, pietate etiam et morum integritate commendatissimus, anno MDCCLXIV., cum jam triennio et locum in albo Gymnasii, et integrum stipendum ex Principis munificentia retinuisse, quamvis gravi apoplexiae morbo correptus schola abstineret.

*Disquisitiones mathematicae*. Venet., apud Dominicum Lovise, 1725, 4.<sup>o</sup>

*Solutio generalis aequationum tertii gradus Academiis Parisiensi et Londinensi exhibita*. Patavii, typis Seminarii, 1747. Auctor ipse tamen opus suum anno post ac solutionem publice improbavit.

*Compendio della Giurisprudenza civile Romana e Veneta*. Opera postuma. Venezia, presso Pezzana, 1768, 8.<sup>o</sup>

MDCCLXIV. III. Non. Maji *Joannes Albertus Colombo Venetus*, Abbas Cassin., traductus ab Astronomia et Meteoris stipendio suo flor. D., quod binis auctariis demum crevit ad CM. anno MDCCLXXXIII. VII. Kal. Decemb. Cum ipse officiorum omnium diligentissimus omnia semper gereret cum dignitate et gravitate naturae quodam bono, Gymnasii etiam munera constantissime expletivit summa cum diligentia ad ultimum pene diem cum morbo et infirma valetudine tentaretur, et ea semper summo studio procuravit quae ad Gymnasii splendorem et decus spectare viderentur. Hujusce rei unicum indicium esto, quod cum Astronomiae et Meteororum scholam regeret, coeptum est, eo auctore, de publico Observatorio erigendo cogitari anno MDCCLVII. Ad hanc autem traductus munus etiam suscepit, quocumque septimo seu dominico die, experimen-

talis Physicae administranda, ex Triumvirali Constitutione III. Non. Jun. anno MDCCLXIV., cuius cura Mathematico nitebatur, ad eumque rediit *Colombo* vivis eretto. Utrumque autem munus explevit non diligentia modo, sed et cultu et elegantia, quae ex ejus moribus et ingenio in sermonem etiam atque omne opus quodammodo redundabat. Obiit VI. Id. Septemb. MDCCLXXVII., et sepultus privato funere in D. Urbani sacello, sed biduo post justa in D. Justinae templo cum laudatione amplissime persoluta. Edidit:

*Acroasis habita in Gymnasio Patavino prid. Kal. Decemb. MDCCLXIV.*  
ad *Physicam experimentalem*. Patavii, ex typographia Cominiana, 1764, 4.<sup>o</sup>

*Naturalis Philosophiae Elementa, Libri duo, Volumina duo*. Patavii, typis Seminarii, 1772, 8.<sup>o</sup>

MDCCLXXVII. X. Kal. Decemb. *Hieronymus Barbarigo Venetus*, ex Cler. Regul. Somasch., ascendit ex loco secundo stipendio suo floren. CCCCL., quod ad DCXX. crevit anno MDCCLXXX. XIX. Kal. Januar. Ipsius acre et versatile ingenium non modo in physicis rebus, ut ex libris liquet qui ex eo prodierunt, sed in reliquis etiam disciplinis enituit, quod conjicias ex opere quod praestit, summo cum scientiarum bono, in iis ordinandis, supplendis et ad publicam lucem parandis quae reliquerat scripta *Jacobus Stellini* ex eadem familia, qui, ut edita volumina indicant, doctrinarum pene omnium et litterarum genera attigerat. Anno autem MDCCLXXIV. gravissima duo retulit ab ipso Magistratu existimationis testimonia; eum enim primo Collegiis praefecit studiosae juvenuti excipiendae Patavii destinatis, quo nomine, humanissimis litteris Triumviralibus, ei flor. XL. in annos singulos tributi sunt, non qui merces essent laboris, ut verbis litterarum utar, sed publicum tantum testimonium laudis et meritorum. Deinde IV. Non. Octob. constitutus est Praeses augustissimi Veneti Medicorum Collegii, cum secundum Physicae locum teneret; qui honor, primoribus tantum sedibus reservatus, haud scio an ulli unquam locorum secundorum ante ipsum contigerit. Obiit IV. Kal. Jan. MDCCLXXXII. Edidit:

*Elementa Physicae generalis*. Venetiis, typis Simonis Occhi, 1771, 4.<sup>o</sup>

*Saggi fisici*. Padova, pei fratelli Conzatti, 1779, 8.<sup>o</sup>

*Principii di Fisica generale*. Ib. id., 1780, 8.<sup>o</sup>

*Principii di Fisica particolare*. Ib. id., 1781, 8.<sup>o</sup>

MDCCLXXXIII. IV. Non. April. *Petrus Zuliani Forojuliensis, Barbarigo* suffectus est floren. CCCC., eodemque anno VI. Kal. Julii lauream accepit, et inter Promotores relatus, jurium utriusque Medici Collegii particeps factus est; nihil enim denegandum erat viro praestanti, qui et primam ordine scholam cum

dignitate occupabat, et multos annos ingenii, industriae et sagacitatis specimen in rebus physicis explicandis in Clericorum Seminario praebuerat.

## Schola Philosophiae loci secundi.

*Intersunt Medici anni primi vel secundi, prout Professori contingit Physicam generalem vel particularem tradere. — Assignata hora secunda matutina diebus ordinariis.*

MDCCLVII. *Joannes Baptista Marchetti* Patavinus ad hanc ductus erat anno MDCCXXXVII. XVI. Kal. Maji flor. CL., cum quinquennio ante deseruisset locum tertium Philosophiae extraordinariae, quem rexerat decem annos ab anno MDCCXXII. V. Kal. Decemb. Ipse autem in familia altus de Gymnasio optime merita, quae veluti Professorum dici potest germen, quorum tres dedit, *Petrum* nempe, *Antonium* et *Dominicum*, ab anno quadragesimo ad nonagesimum saeculi superioris, summi nominis in chirurgicis et anatomicis disciplinis; majorum vestigia secutus, scholae diligens praefuit ad ann. MDCCLXV., cum petenti venia vacandi data est VIII. Kal. Junii, condonatis viro seni et mercanti in reliquum vitae tempus annuis flor. CCC. ex CCCCLXX. quos, tribus auctionibus impetratis, obtinebat. Vita functus est Patavii Kal. Maji MDCCLXIX.

MDCCLXV. VIII. Kal. Jun. *Hieronymus Barbarigo* Venetus, ex Cler. Regul. Somasch., eo ipso die *Marchetti* missionem obtinenti successit flor. CCC., cum optimam antea de se opinionem excitavisset Venetiis juvenes in familiae suae Collegiis instituendo. Ipsius autem stipendium anno MDCCLXXIII. prid. Non. Octob. auctum ad flor. CCCCL., quo stipendio transiit ad locum primum anno MDCCLXXVII.

MDCCLXXVII. X. Kal. Decemb. *Albertus Zaramellini* Patavinus in locum vocatus est a *Barbarigo* relictum floren. CCCLXXX., quibus CL. adjecti sunt anno MDCCLXXXV. VIII. Kal. Jun. Huc translatus est a loco Logicae tertio, ad quem accitus fuerat anno MDCCLXV. prid. Kal. Februar., ubi assiduitate, diligentia et doctrina cum optimam sibi famam comparavisset, Corcyram advocatus est, ut publicis stipendiis eos juvenes ad Philosophiam informaret. Itaque sexennio hac de causa Gymnasio absfuit, ipsique interim concessum est, ut et nomen in albo Gymnasii, et scholae stipendium retineret, litt. MDCCLXVIII. prid. Id. Septemb. Reversus autem, onus eadem diligentia receptum sustinuit quousque ipsius merita ad locum hunc superiorem deduxerunt. Habes ipsius Opuscula in Actis Academiae Patavinae, cui adscriptus est.

## De Philosophiae loco tertio Patavinis addicto flor. XX.

*Assignata hora secunda pomeridiana diebus ordinariis.*

**MDCCLVII.** *Dominicus Viotti* locum obtinuerat anno MDCCL.; sed bienio post ei concessum est, ut, servato stipendio, schola abstineret, operamque ad Aponenses Thermas converteret. Hic tamen notandum, quod cum Philosophia haec, quae *ordinaria* dicitur, locum tertium non habuisse, ad annum MDCCLXVIII. *Viotti* ductus erat ad Philosophiam extraordinariam. Cum autem ea clausa esset primi loci fatum secuta, tertius locus Philosophiae ordinariae datus est.

**MDCCLXV.** XII. Kal. April. *Joannes Romano*, qui septennio post ad Medicos migravit.

**MDCCLXXII.** XII. Kal. April. *Hieronymus Ponti* ex Ordine S. Hieronymi ex Congregatione B. Petri de Pisis.

## Schola Anatomiae.

Habes apud omnes nostrarum terum historicos scholae hujus, quae duplex primis temporibus, et quaedam veluti chirurgici munera accessio, maxime semper a condito Gymnasio Patavii floruit et in deliciis fuit, vices et fata. Nos quomodo nunc temporis sese habeat paucis comprehendemus. Res tota unico innuitur Professori, cui primorum locorum tituli et jura omnia tribuuntur. Hic simpliciora primum scientiae elementa, ut juvenilia ingenia ad pleniores magisque reconditam doctrinam comparet, explicanda suscipit, privatis exercitationibus, Idib. Novemb., diebus ordinariis, hora diei vigesima secunda; quae exercitaciones ab aula Nosocomii in aedes Gymnasi traductae sunt anno MDCCLXXVII. Tunc vero ad scholae impensis flor. LX. additi sunt argentei LXV., qui eo nomine solvebantur ex Sen. Cons. MDXCVI. XVIII. Kal. Octob., et ex litteris Triumvir. MDCCLXXIII. XIX. Kal. Januar. Deinde XIII. Kal. Februar. publicae exercitaciones incipiunt in Theatro hora tertia matutina, quod ab anno MDLXXXIX. et stabile est in aedibus Gymnasi, et gratis omnibus patet, cum antea structile esset, et quotannis erectum scholaribus tantum libellas trinas solventibus aperiretur. Interim autem cum omnes cessant in Gymnasio scholae, ut antiquitus assolebat, sed privatis omnibus manentibus, publicae solum inter-

mittuntur Medicinae practicae et Philosophiae, quae forent hora secunda exercendae. Adsunt veluti ministri scholares quatuor veteri Adsestorum nomine, duo praeterea Sectores et Adjutores, qui et cadaveribus secundis, et membris antea rite parandis et ostendendis operam praebent. Sectoribus vero constitutum stipendum est, illudque non idem semper, sed temporibus et personarum meritis accommodatum. Inter Sectores post *Nicolaum Mezzavia*, quem memorat Faccioli, primum obtinuit locum *Antonius Gambarotto*, qui Chirurgiam etiam a juventute cum laude exercet in Nosocomio; ejusque stipendum, quod initio erat floren. L., ex litteris MDCCLXXIII. XIX. Kal. Januar. et MDCCLXXIX. VIII. Kal. Octob., crevit ad flor. CXX. Secundum vero, ex iisdem litteris, *Hieronymus Fiorati*, Medicus doctrina et usu commendatissimus, cuius Opuscula, doctis viris probata, in Actis leguntur Academiae Patavinae, quae eum merito sibi socium adjunxit. Anno autem MDCCLXXXI. XIX. Kal. Decemb. *Gambarroto* octogenarius onus dimisit, condonato in reliquos vitae annos integro stipendio. Tunc vero *Fiorati* in ejus locum ascendit, suumque reliquit *Josepho Martini*, cui constituti sunt flor. LX., et praeterea immunitates aliis etiam scholarum Adjutoribus communes.

**MDCCLVII.** *Joannes Baptista Morgagni* Foroliviensis, Romanusque Patricius, vir summus, Anatomicorum non modo sui, sed cuiuslibet aevi nulli secundus, Gymnasii nostri, Italiae totius, aetatis suaec decus et lumen, pietate etiam, vitae aequabilitate, morum suavitate praestantissimus, scholam assiduus et diligentissimus regebat ab anno MDCCXV., quo VIII. Id. Octob. ad eam traductus est a secunda Medicinae theoricae ordinariae, in qua docebat ab anno MDCCXI. VIII. Id. Octob. Ingens viri fama, quam sibi scribendo toto orbe pererat, ipsum JOSEPHUM II. Imperatorem adegit in itinere, quod per hanc Urbem habuit anno MDCCLXIX., ut de eo humanissime quaereret, ipsumque et videre et noscere concupiseret. Venetus autem Senatus in eo amplificando misericice consensit. Illius enim stipendum, quod initio floren. D. constabat, octies auctum crevit ad flor. MMCC. anno MDCCLXV. XII. Kal. April., insigni munificentia et unico exemplo a Gymnasio condito. Triumviri vero litterarii nil unquam omiserunt quod ad eum ornandum pertineret. Nam illud etiam concesserunt Germanicae nationi petenti, ut statua ipsi viventi in Theatro anatomico poneretur, insculptusque lapis, in quo haec leguntur: *Joanni Bapt. Morgagno Nob. Foroliv. Anatomicorum totius Europae Principi post annos LIV. in hoc Theatro adhuc docenti natio Germanica Artistarum protectori amantissimo et liberalissimo viventi posuit anno MDCCLXIX. Locum dd. III viri litter.*

Cum vero octogenario major docendo et scribendo evasisset, ne senis longe celeberrimi fractae vires in onere deficerent, anno MDCCLXV. X. Kal. Octob., ipsius precibus annuentes, Triumviri *Joannem Baptis tam Co. Dal Covo* alumnum ejus et optimae expectationis juvenem elegerunt, qui, quoties opus esset, et ipse juberet, vicariam operam praestaret, attributis ex aerario in annos singulos argent. CL., quibus centeni additi sunt anno post V. Kal. Octob. Cum hic anno MDCCLXVIII. aquis mersus miserrime periiisset, *Michael Girardi* ei suspectus est eodem anno IV. Non. Sept., qui nunc, Parmam advocatus, praeceptoris sui famam in eo Gymnasio voce et scriptis tuetur et auget. Demum anno MDCCLXXI. cum *Morgagni*, acie oculorum amissa, impar esset cadaverum partibus indicandis et ostendendis, ei concessum est IV. Kal. Decemb., ut Sector *Antonius Gambarotto* munere hoc fungeretur. Sed obiit senex optimus paucis diebus post, nempe Non. Decemb. ejusdem anni, postquam annos sexaginta et juvenum institutioni, et Gymnasii splendori mirifice consuluisset. Ipsius Opera omnia longe celeberrima non Italis modo typis, sed Transalpinis etiam edita, quinque voluminibus comprehensa, prodierunt typis Remondinianis anno MDCCLXV. Cum vero primo volumini Operum ipsorum series praemittatur, et typographorum nomina qui ea variis temporibus excuderunt, nos seriem eamdem ex eo loco sumptam hic damus.

*Adversaria omnia anatomica*: quorum prima edita sunt primum Bononiae 1706, typis Pisauri, in 4.<sup>o</sup> magno; deinde Lngduni Batavorum 1714, apud Vishoff, in 8.<sup>o</sup>; et Pat. 1719, apud Comin., in 4.<sup>o</sup>; et Lugduni Batavorum 1723, apud Langerak, in 4.<sup>o</sup>; et rursus apud eundem 1741, in 4.<sup>o</sup>: altera et tertia excusa fuere Patavii apud Comin., 1717, in 4.<sup>o</sup>; et Lugduni Batavorum apud Langerak 1723, et rursus 1741, in 4.<sup>o</sup> Quarta denique, quinta et sexta impressa fuere Patavii 1719 apud Comin., in 4.<sup>o</sup>; et Lugduni Batavorum 1723 apud Langerak, et rursus 1741, in 4.<sup>o</sup>

*Epistolae anatomicae viginti*, quarum duae priores prodierunt 1728. Lugduni Batavorum apud Jo. a Kerkhem, in 4.<sup>o</sup>

*De sedibus et causis morborum per Anatomen indagatis, Libri quinque*. Prodierunt primum ex typographia Remondiniana anno 1761, in fol. Anno 1762 recusi fuerunt Neapoli sumptibus Dominici Terres, in 4.<sup>o</sup>, in quatuor Tomos divisi.

*Nova Institutionum medicarum idea*. Patavii 1712, apud Coronam, in 4.<sup>o</sup> maj.; et Lugduni Batavorum apud Langerak, 1740, in 4.<sup>o</sup>; et cum Adversariis conjuncta, 1741.

*De via atque ordine in tradenda publice Medicina atque Anatomie.*  
*Epistola.*

*Prooemia quaedam anatomicarum Praelectionum.*

*De anatomicis Eustachii Tabulis,* Epistola edita ab *Eancirio.* Romae 1714.  
 apud Gonzaga; et Genevae 1717, cum Theatro Anatomico Manseti, apud Cra-  
 mer et Perachon; et rursus Romae 1728, apud Pagliarini, semper in fol.

*De glandulis.* Epistola a Michelotto vulgata in suo *De separatione fluidorum* libro. Venetiis 1721, apud Pinelli, in 4.<sup>o</sup>

*De lacrymalibus ductibus, eorumque obstructione.* Epistola edita ab An-  
 lio in libro inscripto: *Suite de la nouvelle méthode de guerir le fistules.* Tau-  
 rini 1714, apud Mairesse, in 4.<sup>o</sup>

*De lumbricis.* Epistola a Vallisnerio vulgata in suo libro, cui titulus: *Con-  
 siderazioni intorno alla generazione dei vermi.* Patavii 1711, typis Seminarii.  
 in 4.<sup>o</sup>; et recusa inter illius Opera Venetiis 1733, apud Coletti, in fol.

*De acu intra vesicam intruso, et de excrescentia membranae adiposae.*  
 Epistola quae habetur in Centuria V. Ephemeridum N. C. Academiae Norim-  
 bergae 1717, typis Adelbuneri.

*De calculis felleis.* Epistola quam videre etiam est in Vol. II. Actorum  
 ejusdem Academiae. Ibid. 1730, typis Adelbuneri.

*De venae cavae verticibus.* Epistola edita ab Antonio Coelest. Cocchi cum  
 suis Epistolis physico-medicis. Romae 1725, apud Antonium de Rossi, in 4.<sup>o</sup>;  
 et Venetiis 1762, apud Remondini, in novissima Sydenhamii editione, in fol.

*De vesicae calculis a Fratre Jacobo Beaulieu Patavii exsectis, et de casu  
 Corneliae Bandi, Epistola.* Ignoratur an alibi edita sit.

*In locum Vitruvii editum, Epistola.* Extat in Exercitationibus Vitruvia-  
 nis secundis Poleni, 1739, typis Seminarii, in fol.

*De iis quae a Valsalva in Bononiensi Academia Instituti scientiarum  
 recitata fuerunt, Epistola.* Extat in Tom. I. Commentariorum de eodem illo  
 Instituto. Bononiae 1731, in 4.<sup>o</sup>

*Experimenta circa aquam calcis vivae,* quae sunt in eodem Tom. I. illo-  
 rum Commentariorum.

*Responsum medico-legale circa obstetricium judicium de mulieris vir-  
 ginitate,* editum Romae 1739 typ. Rever. Camerae Apostolicae, in 4.<sup>o</sup>

*Responsum medico-legale alterum super seminis emittendi impotentia.*

*Responsum medico-legale tertium, an post septem a conceptione men-  
 ses infans nasci possit vitalis et perfectus.*

*In A. Corn. Celsum et Q. Serenum Sammonicum Epistolae decem, quarum primae quatuor Patavii exierunt 1721, ap. Comin., in 8.<sup>o</sup>; et Hayae Comitum 1724, apud Alberti, in 4.<sup>o</sup>; et rursus apud Comin., cum Celso, 1722. Omnes autem, tum solae tum simul cum Celso, ap. eund. Comin., 1750, in 4.<sup>o</sup>*

*De Prospero Alpino Epistolae duae.*

*De Philologo Ravennate et de Angelo Bolognino, Epistola.* Edita fuerat ab Astruc in Tom. II., edit. secundae suorum de morbis venereis librorum. Parisiis 1740, in 4.<sup>o</sup>

*De vita et scriptis Dominici Guglielmini Commentariolum*, quod extat cum Centuria IV. Ephemeridum Caesareae N. C. Academiae Norimbergae, 1715, typis Adelbuneri, et Genevae apud Cramer et Perachon tum 1719, cum Operibus Guglielmini, in 4.<sup>o</sup>, tum 1731 in Bibliotheca Scriptorum Medicorum Manseti, in fol.

*De vita et scriptis Antonii Mariae Valsalva Commentariolum, cum hujus Operibus.* Venetiis editum 1740 et 1741, apud Pitteri, in 4.<sup>o</sup>

*De genere mortis Cleopatrae Epistolae duae*, editae a Lancisio in Appendix ad Mercati Metallothecam Vaticanam. Romae 1719, typis Salvioni, in fol.

*De ordinario Frontini Consulatu Epistolae duae*, quarum prima vulgata est a Poleni cum Frontino de Aqueductibus 1722, Patavii, typis Seminarii, in 4.<sup>o</sup>; altera nunquam antea prodiit.

*De quadam Librorum M. Varro particula, ut legitur in veteri Codice, Epistola.* Extat in Tom. IV. della Raccolta d'Opuscoli scientifici e filologici. Venezia 1730, presso Cristoforo Zane, in 12.

*In Vitruvii locum ad tempus, quo is scripsit, attinentem, et in alterum veteris auctoris Compendii Architecturae.*

*Laudationes habitae a Morgagni cum Gymnasiarchas aliosve Doctoris insignibus ornaret.*

*In Scriptores Rei Rusticae Epistolae quatuor*, editae Lipsiae cum iisdem Scriptoribus. Tom. II. 1735, sumptibus Früschi, in 4.<sup>o</sup>

MDCCLXXIII. III. Non. Decemb. *Leopoldus Marcus Antonius Caldani* Bononiensis, primarius Medicinae theoricae Professor. Jam anno ante, nimirum MDCCLXXII. V. Non. Decemb., *Caldani* impositum erat litteris Triumviribus, ut ad tempus, et quoisque scholae provisum esset, intermissas obiret anatomicas exercitationes. Cum vero ipse ita id praestitisset, ut nihil amplius hac in re ad juvenum eruditionem et scholae decus optandum videretur, conductus a Senatu est quo supra diximus anno et die, et flor. CC. hoc nomine additi sunt

eius stipendio. Insuper duplicatum ipsi et illud minerval est quod pro immunitatibus solvitur Professoribus, et alterum pariter quod ipsi decretum est in utroque Medicorum Collegio in laureis tribuendis. Concessum demum est, ut duplex ipsi locus sit inter eos qui quotannis laurea donandos in quaestiuculis seu *punctis*, ut vocant, erudiant, ut patet ex litt. MDCCLXXXI. XI. Kal. April.

## Schola Mathematicae et Nauticae theoricae.

*Intersunt Medici anni tertii, quibus liberum est eligere anni scholastici initio utrum hanc scholam adire malint, an scholam de morbis, etc. — Assignata hora prima matutina diebus extraordinariis.*

Mathesis, scientiarum omnium nobilissima, unico tantum Professore contenuta fuit primis temporibus. Atque ita quidem fieri potuit ea aetate, cum doctrina haec angustissimis finibus continebatur, imo ea pene tantum noscebat, vel se noscere profitebatur, quae ad Astrologiam et vanissimam ex coelestium corporum et siderum motibus divinandi artem referebantur. Cum vero ad meliorem frugem conversa coepit ex optimis fontibus geometricas veritates et astronomicas in suam provinciam deducere, diu summo ore et exiguis veluti haustibus elementa solum et simpliciora scientiae principia libavit. Hinc quamvis schola, iuente saeculo decimo sexto, inscribi coepit ad Mathematicam et Astronomiam; tamen et Mathematica, Geometriae terminis circumscripta, ultra Euudem non vagabatur, nec ultra sphaeram armillarem Astronomia. Dupli illo titulo usque ad Galileo, qui rursus ad Mathematicam tantum accitus est anno MDXCII.; sed cum ipse summus esset astronomus, Euclideis elementis et mechanicis quaestionibus theorias planetarum quoque et sphaeram sociavit. Cum autem posterioribus saeculis Matheseos undique incitata studia mirum in modum exarserint, et doctrinae hujus detexerint tam late patentes provincias, facile compertum est, non unius hominis ingenium atque labore parem esse singulis vastissimi imperii partibus pernoscendis, aliisque rite ostendendis. Hinc geminata schola est, et cum ab anno MDCX. jam altera adesset, quae de meteoris agebat, et de parvis naturalibus Aristotelis, factum est anno MDCLXXXVIII. ut mandaretur celeberrimo viro *Geminiano Montanari*, cui haec committebatur, ut ipse Astronomiam quoque, a mathematica schola divulsam, pertractaret. Itaque bina haec scholarum ratio mansit ad annum MDCCXLV., cum nova iterum pensi partitione facta, Geographia et Hydrographia, ad nauticam institutionem accommodatae, illustri viro creditae sunt *Rinaldo Co. de Carli*, nova instituta

schola, quae tamen clausa sexennio post VII. Kal. Decemb., clarissimo Professore ad majora vocato, pensi duplicem partem reddit, alteram Astronomo, alteram Mathematico. Demum anno MDCCLII. ipsa Geometrica et Analytica elementa, et anno MDCCCLXXI. civilis Architectura, a Mathematica sejuncta, proprios habuere Professores; propterea hoc unicum onus Mathematico relictum, maximum tamen et his temporibus multiplex, ut in mechanicis, hydraulicis, opticis et nauticis theoriis explicandis studium et operam ponat.

MDCCLVII. *Joannes Marchio Poleni Venetus*, qui conductus ad Meteora anno MDCCIX., et sexennio post ad Philosophiae locum secundum, huc demum evectus est anno MDCCXIX. XII. Kal. Octob. aucto stipendio ad flor. DC., et suffectus *Nicolao Bernoulli*, qui postquam triennio adfuisset Gymnasio, patre orbatus, bona Principis venia, ad suos redire maluerat. *Poleni* autem cum vivens primis aetatis suaे Mathematicis omnium consensione annumeraretur, post mortem etiam doctissimis scriptis nominis immortalitatem est consecutus. Ut enim omittam quae Facciolati ipse parcissimus in laudando testatur, ipsius doctrinam et industriam maximo saepissime usui et utilitati fuisse non hic modo, sed interdum etiam extra Venetos fines in fluminibus coercendis; et tria ipsum praemia obtinuisse, rarissimo inter nostros exemplo, a Parisiensi scientiarum Academia: illud etiam non praetereundum existimo, Romam eum arcessitum esse, ut, pro sua in architectonicis rebus peritia, de celeberrimo illo Tholo judicium ferret, qui felicissimo auso, extremisque humanae artis conatibus, duobus ab hinc saeculis extuctus in principe D. Petri templo, frequentibus rimis actis ruinam minabatur. Suum autem judicium *Poleni* typis commisit eo libro, qui et historiam totam celeberrimi illius templi complectitur, et eum diligentissimum in observando et prudentissimum in judicando demonstrat. Ipse vero, qui tot ab exteris etiam gentibus opinionis testimonia retulerat, Senatus munificentiam saepius expertus est pluribus stipendiis auctionibus impetratis, quod demum anno MDCCLVI. crevit ad flor. MDCCC. Obiit MDCCLXI. XVIII. Kal. Decemb.; et amplissima librorum collectio, quam sibi vivens comparaverat, pretio empta a Monachis Cassinens. D. Justinae, nunc etiam studiosorum illuc accendentium commodo et eruditioni inservit. Edidit:

I. *Miscellanea*. Hoc est: I. *Dissertatio de barometris et thermometris*. — II. *Machinae arithmeticæ ejusque usus descriptio*. — III. *De sectionibus conicis parallelorum in horologiis solaribus*. Venetiis, apud Aloysium Pavin., 1709, in 4.<sup>o</sup> Pag. 56, Tab. 9. — Hac Opusculorum collectione meruit, ut anno MDCCX. Societati Londinensi adscriberetur.

**II.** *Considerationes circa barometrum Cartesii. Habentur in Tom. V. del Giornale dei Letterati d' Italia. Venezia 1711, presso Gabriello Ertz.*

**III.** *Considerationes circa varietatem celerioris vel tardioris motus, quem corpora gravia paterentur, si terra circumageretur per orbem unnum. In Tomo VIII. dello stesso Giornale.*

**IV.** *Dialogus de vorticibus coelestibus, cui accedit quadratura circuli Archimedis, et Hippocratis Chii analytice expressa. Patavii, ex typ. J. B. Conzatti, 1712. — Anno MDCCXV. inter Berolinensis Acad. socios cooptatus est.*

**V.** *De Physices in rebus mathematicis utilitate. Patavii, typis J. B. Conzatti, 1716.*

**VI.** *Observatio solaris eclipsis habita Patavii V. Non. Maj. 1715. Accedere Epistolae duae de quodam phaenomeno in eadem eclipsi observato. Patavii, typis J. B. Conzatti, 1715.*

**VII.** *De motu aquae mixto Libri duo, quibus nonnulla pertinentia ad aestuaria, ad portus, atque ad flumina continentur. Patavii, typis Josephi Comin., 1718.*

**VIII.** *De castellis per quae derivantur fluviorum aquae habentibus latera convergentia. Liber in quo etiam continentur nova experimenta ad aquas fluentes, et ad percussione vires. Patavii, typis Josephi Comin., 1718.*

**IX.** *De Mathesis in rebus physicis utilitate Praelectio. Patavii, typis Josephi Comin., 1720.*

**X.** *Sexti Julii Frontini de aqueductibus urbis Romae Commentarius antiquae fidei restitutus atque explicatus. Patavii, apud J. Manfrè, 1722.*

**XI.** *Epistolarum mathematicarum fasciculus; idest: De Mercurio in Sole viso ann. 1723. Ad Gab. Manfredi. — De modo inveniendae rationis inter duas indeterminatas quantitates in nonnullis algebraicis aequationibus. Ad eundem. — De Solis defectu an. 1724, et de aliquibus experimentis pertinentibus ad aquas fluentes. Ad Jo. Jac. Marinoni. Accedit Jo. Buteonis de fluentis aquae mensura Libellus, cui etiam annotationes aliquae subjiciuntur. — De Telluris forma, et observatio defectus Lunae 1724. Ad Abb. Guid. Grandi. — Item ad eundem De causa motus muscularum. — De viribus vivis motorum corporum ab experimento aestimandis. Ad Abb. Anton. Conti. — De organica curvarum Tractoriae atque Logarithmicae constructione, cum demonstrationibus Problematum ac Theorematum de curva Tractoria a cel. Geometris propositorum. Ad Jacobum Hermanno. — Ad eundem De nonnullis defectibus Solis et Lunae.*

XII. *Dissertatio de praestantiore modo quo absque observationibus coelestibus iter a navi confectum cognosci potest.* Tom. II. Prix de l'Acad. Royale de Paris.

XIII. Lettera critica al sig. Luigi Sale *Degli antichi teatri ed ansteateli.* Vicenza 1735, e Padova per G. B. Conzatti 1749, in uno al *Discorso del Co. Gio. Montanari sopra il teatro Olimpico.*

XIV. *Utriusque Thesauri antiquitatum Graecarum Romanarumque a Graevio, Gronovio et Sallangrio congesti Nova Supplementa quae congerit Jo. Poleni.* Venetii, typis Jo. Bapt. Pasquali.

XV. *Dissertatio de ancoris tribus ab Acad. Regali Parisiensi propositis quaestionibus respondens,* cui fu diviso il terzo dei premii. Prix 1737, Tom. II.

XVI. *Observatio aurorae borealis visae nocte insequente diem 16 Decemb.* 1737. In Collect. Calogeriana Tom. XIV., edita etiam per Petrum Basaglia Venetii, et etiam Veronae et Romae.

XVII. *Exercitationes Vitruvianae.* Primae et secundae, typ. Semin., Patavii 1739; tertiae 1741. — *Parere intorno alla Macchia di Viareggio.* Lucca, per Domenico Ciuffetti, 1739.

XVIII. *Esperimenti intorno alla resistenza dei solidi,* mandati all'Ab. Guido Grandi, e da lui inseriti al Cap. X. delle sue *Instituzioni meccaniche.*

XIX. *Dissertatio de ergatae navalis praestantiori faciliorique usu.* Una delle due che divisero egualmente il premio doppio. Prix de l'Acad. Royale de Paris 1741, Tom. II.

XX. *Specimen Institutionum Philosophiae mechanicae experimentalis.* Patavii, typis Sem., 1741.

XXI. *Dissertazione sopra il tempio di Diana Efesina.* Roma, per Pagliarini, 1742; e nella Parte II. del Vol. I. dei Saggi dell'Accademia di Cortona.

XXII. *Memorie storiche sull'a cupola di S. Pietro.* Padova, Sem., 1748.

XXIII. *Epistola de obelisco Caesaris Augusti in libro qui inscribitur De obelisco Caesaris Augusti e Campi Martii ruderibus nuper eruto Commentarius, auctore Angelo Maria Bandinio.* Accedunt clarorum virorum Epistolae atque Opuscula. Romae 1750, in fol.

XXIV. *Scrittura sulla regolazione del Tesino in vicinanza della città di Pavia,* stampata in una Raccolta di Milano nel 1753.

XXV. *Parere sul primo ordine delle facciate laterali dell'Orologio nella Piazza di S. Marco in Venezia 1759,* stampato nelle allora Nuove Memorie per servire alla Storia letteraria.

**XXVI.** *Osservazioni di ecclissi di Luna*, oltre a quelle nelle Epistole al Grandi ed all'Ermanno. Vedi i Tomi I. e III. delle *Osservazioni letterarie* di Verona, e i Tomi IV. V. VIII. dell'Accademia di Pietroburgo.

**XXVII.** *Osservazioni di ecclissi di Sole col fenomeno primamente osservato di una oscurità minore dell'aspettata*, oltre a quella superiormente citata al N.<sup>o</sup> VI., e quella, nel Fascicolo delle Epistole al N.<sup>o</sup> XI., al Marinoni ed all'Ermanno. Vedi le Transazioni Anglicane, e la Lettera ad Alessandro Pompei nel Tomo VIII. dell'Accademia di Pietroburgo. — In eadem Epistola continentur nonnullae Observationes astronomicae et meteorologicae.

**XXVIII.** *Sessennii due di Osservazioni meteorologiche*. Nelle Transazioni Filosofiche di Londra, N.<sup>o</sup> 421 e 448.

**XXIX.** *Lettera a Riccardo Mead sulla forza centrifuga nata dalla rotazione della terra intorno al suo asse, da stimarsi da due pendoli, uno nel piano del meridiano, l'altro nel piano ad esso perpendicolare, nello stesso luogo oscillanti, piuttosto che in luoghi fra di loro lontanissimi*.

**XXX.** *Riflessioni sopra la maniera di fare le Tavole astronomiche, colla osservazione di parte dell'ecclissi lunare 8 Settembre 1737*. Nel Vol. III. delle *Osservazioni letterarie* stampate in Verona.

**XXXI.** *Lettera in materia d'acque per il canale di Monselice*.

**XXXII.** *Posizione geografica di Padova*. Nel Vol. IV. delle sopradette Osservazioni.

**XXXIII.** *Prospectus Lectionum de motu animalium*.

**XXXIV.** *Prospectus Lectionum de Architectura militari*.

**XXXV.** *Prospectus Lectionum de Architectura civili*.

**XXXVI.** *Prospectus Lectionum de Architectura navali*.

**XXXVII.** *Epistola ad Gab. Manfredi de Venere in Sole visa an. 1761*.

Lista di ventiquattro manoscritti consegnati da Francesco figlio di Giovannni Poleni ai Gesuiti di Padova per essere spediti al chiarissimo P. Giambattista Rوبرti Gesuita, onde unitamente al sig. Giacomo Bianconi esaminasse se erano degni della pubblica luce, e citati alla pag. 20.

**1.<sup>o</sup>** *Lettere di Maffei e Poleni intorno un' Opera di Architettura del signor Matteo Luchese ancor vivente*. Pag. 28.

**2.<sup>o</sup>** *Scrittura e disegni intorno la facciata di S. Rocco in Venezia*. Pagine 10, disegni 8.

**3.<sup>o</sup>** *Scrittura e disegni per li selciati dei portici delle Procuratie di S. Marco in Venezia*. Pag. 13, disegni 6.

- 4.<sup>o</sup> *Scrittura e disegni appartenenti alle cupole per l'incendio della Chiesa del Santo.* Pag. 13, disegno 1.
- 5.<sup>o</sup> *Pianta dell'Ansiteatro d'Italica.* Pag. 3, disegno 1.
- 6.<sup>o</sup> *Sopra un mosaico scoperto in Adria.* Pag. 3, disegno 1.
- 7.<sup>o</sup> *Lettere col Co. Girolamo dal Pozzo, spettanti ad Architettura, tra le quali alcune sopra un testo dell'Alberti.* Pag. 12.
- 8.<sup>o</sup> *Intorno una ricerca di apertura in certi piloni in una chiesa di Bergamo.* Pag. 4.
- 9.<sup>o</sup> *Intorno la nuova fabbrica del Pio Luogo della Pietà in Venezia.* Pag. 10.
- 10.<sup>o</sup> *Intorno il coro di una chiesa in Capo d'Istria.* Pag. 12, disegni 2.
- 11.<sup>o</sup> *Sopra il teatro di Brescia.* Pag. 8.
- 12.<sup>o</sup> *Sopra l'edifizio di Pozzuoli.* Descrizione del tempio di Serapide di Giovanni Mixon. Pag. 5.
- 13.<sup>o</sup> *Sopra le fondamenta di un teatro scavato in Adria.* Pag. 5, disegno 1.
- 14.<sup>o</sup> *Intorno ad un altare nella chiesa di S. Marco in Venezia.* Pag. 6.
- 15.<sup>o</sup> *Scritture e disegni appartenenti al Salone di Padova.* Pag. 16, disegni 5. — Sotto questo numero vi è tirata una retta prolungata alcun poco sotto il titolo, forse perchè il figlio s'avvide che il nuovo coperto non era stato di Giovanni: egli era stato diffatti ideato dal famoso Ferracina; ma accusato, fu da Giovanni Poleni difeso e discolpato.
- 16.<sup>o</sup> *Intorno i pensieri matematici di F. Paolo Sarpi, ed altro.* Per Sua Eccellenza il Cav. Procuratore di S. Marco Foscarini, poi Doge. Pag. 18.
- 17.<sup>o</sup> *Intorno l'antica cognizione dell'Algebra in Venezia.* Per il detto Cavaliere. Pag. 5.
- 18.<sup>o</sup> *Memorie e riflessioni spettanti a libri da trarre cognizioni intorno a cose ricercate dallo stesso Foscarini.* Pag. 20.
- 19.<sup>o</sup> *Controversia sopra una gora o canale in Toscana.* Pag. 7, disegno 1.
- 20.<sup>o</sup> *Cose appartenenti agli aghi calamitati di M. le Marie.* Pag. 20, disegni 2.
- 21.<sup>o</sup> *Scrittura e disegni intorno alla macchina per estinguere gl'incendi.* Pag. 22, disegni 2.
- 22.<sup>o</sup> *Lettera a M. de Mairan intorno ad alcune proposizioni di Matematica mista.* Pag. 17, disegno 1, tavole 2.

23.<sup>o</sup> *De praestantiore modo quo acus magneticae declinatio a navigantibus possit determinari.* Pag. 16, disegni 2.

24.<sup>o</sup> *Per la emendazione del Calendario Gregoriano.* Pag. 55.

Altri manoscritti.

1.<sup>o</sup> *I primi cinque Libri dell'Architettura di Vitruvio ridotti alla loro vera lezione, con annotazioni di altri, ed il commento del Poleni.* Per gli altri cinque si danno le varianti lezioni, le proprie ed altrui annotazioni, coll'Indice di tutte le parole da Vitruvio usate, dietro l'edizione di Guglielmo Filandro, e col metodo *ad usum Delphini*.

2.<sup>o</sup> *Trattato di Ottica,* scritto, come si trova in fronte, in gioventù, cioè poco dopo aver letto l'Ottica del Newton allora uscita, e perciò poco dopo l'anno 1708. Ivi si cercano le vere cause della riflessibilità e rifrangibilità della luce, e perchè tutto il lume sia omogeneo; poste le quali, si spiegano gli effetti degli esperimenti dal Newton riportati.

3.<sup>o</sup> *Trattato di Trigonometria.*

4.<sup>o</sup> *Trattato delle Sezioni coniche.*

5.<sup>o</sup> *Euclidis Elementorum, Theodosii Sphaericorum, Apollonii Conicorum figurae tironi accommodatae.*

6.<sup>o</sup> *De natura finitarum quantitatuum differentialium Liber;* ed esaminandolo unitamente a quattro altri, si ha dalle citazioni dell'uno e degli altri, ch'essi tutti insieme erano ordinati a compiere un intero Corso di Algebra sublime. Infatti si trovano premesse al primo molte cose scritte per tessere la prefazione, com'egli stesso ha notato.

7.<sup>o</sup> *Sopra alcuni volatili delle Lagune, detti volgarmente Cocali,* contro il salto cou cui il Borelli pretende che comincino il volo, con la ossatura di un Trattato intero del moto di questi animali.

8.<sup>o</sup> Fascio di scritture per un *Trattato del moto degli animali in genere.*

9.<sup>o</sup> *Architectura militaris.*

10.<sup>o</sup> *Compendio della Meccanica.*

11.<sup>o</sup> *Parere intorno ad una Sfera armillare.*

12.<sup>o</sup> *Lettera al P. Jacopo Belgrado,* 8 Agosto 1761, nella quale cita Lettere uniformemente scritte il 10 Luglio a Gab. Manfredi ed Eustachio Zanotti, e si esprime così: « In proposito della stampata mia Lettera, spettante il passaggio di Venere sotto il Sole, debbo dirvi che dappoi vedutesi da me quasi in un medesimo tempo più osservazioni da altri fatte, ho concepito che i numeri del tempo in essa mia Lettera posti contengono un'anticipazione non lieve,

„ anzi tale, quale dimostrò non potersi il divario attribuire agli osservatori. Nè  
„ trovo che quel tanto divario possa essere nato da altro, che da qualche estrin-  
„ seca causa ; e principalmente sospetto dell'orologio, che nei giorni avanti (sem-  
„ pre, come dappoi per vario tempo sul mezzodì, nuvolosi), possa essere stato  
„ dalla inavvertenza o curiosità di alcuno disturbato ed alterato nel suo moto. „

**13.<sup>o</sup>** *Descrizione di un orologio d'invenzione nuova*, il quale mostra i  
minuti primi, secondi e terzi, ed istantaneamente si muove e si ferma; coll'aggiunta di alcune cose sulla resistenza dei solidi rapporto alla costruzione degli edifizii e delle navi.

**14.<sup>o</sup>** *Scrittura intorno a macchine da cavar acqua da alcuni siti inondati in Correzzola.*

**15.<sup>o</sup>** *Votum super sexto miraculo praeservationis et omnimodae incolumentatis Petri Vagii ex altissima nucis arbore praecipitanter labentis.* Fortasse editum fuit Romae inter Acta Beatificationis D. Hieronymi Miani.

**16.<sup>o</sup>** *In Institutiones Justiniani Imperatoris brevis et facilis explicatio a me Joanne Poleni e patris mei manuscriptis collecta, et proprio studio commissa.* Tomi due, an. 1702-1703.

**17.<sup>o</sup>** Una cifra mandata al signor Gio. Bianchi Segretario della Serenissima Repubblica, da cui diceaversi due grandi utilità: l'una di pochi simboli e precetti facili; l'altra d'impossibilità a rilevarla.

**18.<sup>o</sup>** *Postille a quella parte della Miscellanea che spetta ai barometri ed ai termometri.*

**19.<sup>o</sup>** Le seconde sue cure sull'Opera *De vorticibus coelestibus*, sulle quali trovasi scritto: *Coeperam, ut in sequentibus pagellis appareat, scribere secundis curis meum Dialogum de vorticibus coelestibus; sed aliis muneribus impeditus inchoatum opus deserere debui.*

**20.<sup>o</sup>** Addenda utiliter ad librum *De castellis*.

**21.<sup>o</sup>** Volumi XXIV. di *Scritture o Dissertazioni appartenenti all'Idraulica, al regolamento dei fiumi, arsenali, boschi, all'Architettura militare e civile.* Tutti questi furono trasportati a Venezia per essere gelosamente custoditi in pubblico luogo ad utilità dei posteri; ed in essi contendonsi forse molti degli Opuscoli sopraccitati, sì stampati come manoscritti.

**22.<sup>o</sup>** *Commercio epistolare ampiissimo, in più fasci.* Vi fosse chi avesse tempo e volontà di coglierne e darne in luce il fiore!

**MDCCLXIV.** Kal. Septemb. *Simon Co. Stratigo Venetus, origine Cretensis, postquam triennio vacua fuisse, scholam occupavit, traductus a Medicis in-*

stitutionibus, aucto stipendio ad floren. DC. Ipse autem adhuc summa dignitate, diligentia et discentium utilitate, difficillimae hujus scholae famam et decus sustinet. Non solum enim juvenum institutioni assiduus instat, ad quam videtur veluti a natura efformatus ea qua pollet ingenii indole et perspicuitate, quae horrida ipsa et squallidiora sermonis facilitate ac nitore quodam et cultu illustrat et mollit; sed etiam extra scholae pensum operam navat, quoties opus est et occasio postulat, fluminibus refraenandis, litibusque componendis, quae fluminum aliarumque derivatarum aquarum causa oriuntur vel inter civitates, vel inter privatos cives in his regionibus, quae cum diu diversisque modis ab aquis vexentur, occasionem etiam quotidie praebent hydraulicae doctrinae exercendae. Longum esset dinumerare quaenam ipse et quanta praestiterit in hac maximi momenti re, vel cum anno MDCCLXXVII. jussus est a Senatu, cum celeberrimis viris procul aditis *Leonardo Ximenes* et *Paulo Frisi*, eam in agro Patavino aquarum deducendarum et regendarum rationem perpendere, quam clariss. eques *Antonius Marius Lorgna* sagacissime excogitaverat; vel cum annis MDCCLX. et MDCCLXI. ipsi impositum est, ut Athesis ostia et valles agri Veronensis inviseret; vel cum anno MDCCLXXXIII., exorta lite inter Patavinos cives et Vicetinos de aquis certa ratione et mensura per ora derivandis in eo loco cui *Longare* nomen est, res tota ipsius et *Lorgna* arbitrio relicta est. Interim autem, ut hac quoque de causa dignissimus videatur, qui locum a *Poleni* relictum occupet, praecipuo quodam ardore studia sua ad Architecturae scientiam convertit. Quantus autem ipse in hac doctrina sit, tunc maxime patebit cum nova et absolutissima Vitruvii editio prodibit, in qua paranda, cum *Pontcedera* et *Poleni* annos multos elaborantibus mors obstitisset, *Stratico* auctor fuit Magistratui, ann. MDCCLXVIII. V. Kal. Febr., ut manuscripta omnia et formas, aere et ligno jam cudas, ab haeredibus compararet. Cum vero tota haec doctrinae veluti supellex ad eum pervenisset, ipse de suo et Commentaria addidit et Vitruvianas exercitationes duodecim Polenianis consociandas, ut patet ex Operis Prospectu et Indice, quem edidit typographus Conzatti anu. MDCCLXXXIV. Quod vero spectat ad Nauticae theoriam, cum haec paucos Patavii studiosos habeat et amatores, ipse suasor fuit, ut duplex Venetiis schola aperiretur ad illius juventutis institutionem. Porro cum ea quae in aedibus navalibus exercetur eo libro utatur, veluti duce, a *Stratico* typis edito, in quo Opus continetur *Leonardi Euleri* de navium structura, in Italicum sermonem versum et perpetuis commentariis et appositis disquisitionibus illustratum, *Stratico* ipse singulis quaternis annis Venetas advocatur, ut et studiosae illius juventutis examini praesit, et tentamina judicet et specimina

praemii donanda, quae alumnorum industriam et profectum testantia proferuntur. Ipsius vero stipendium ter auctum crevit, anno MDCCCLXXXV. IV. Non. Jun., ad flor. MCC. Sunt ipsius Opera ad hunc diem edita, praeter ea quae leguntur in Actis Academiae Patavinae:

*Notizie della scoperta fatta in Padova di un ponte antico con una romana iscrizione.* Padova 1773, appresso Giuseppe Comino. Ad *Stratico* pertinet Opusculi hujus Art. II., in quo agitur de pontis fabrica, et de aquarum cursu temporibus antiquis.

*Series Propositionum, quas demonstrabit hoc anno litterario.* Continet elementa Mechanicae et Staticae, earumque varias applicationes, ac praesertim ad theoriam Architecturae civilis et nauticae. Patavii 1772, typis Seminarii.

### Schola Physicae experimentalis.

*Schola haec nullis imperata patet omnibus, atque in Gymnasii Theatro exercetur singulis dominicis diebus hora secunda pomeridiana.*

Cum sanior philosophandi ratio, barbarie exuta et Aristotelica servitute, edocuit naturam ipsam tentandam esse et in operibus suis deprehendendam, tunc ardentissima ubique extiterunt experimentorum studia, quibus rite ad Physicae veluti arcana deducti, voces et responsa ab ipsa natura extorquemus. Itaque cum tanto adjumento physicae Gymnasii nostri doctrinae carere sine nota et damno non possent, decrevit Senatus anno MDCCXXXVIII. V. Kal. Decemb., ut experimentalis schola institueretur; et anno post, IX. Kal. April., facultatem tribuit Triumviris, ut suo arbitratu ad machinas comparandas, quas res postulabat, Gymnasii aerarii pecunia uterentur. Res tota *Poleni*, tamquam mathematici munieris accessio, commissa est, qui brevi tempore, pro sua in physicis rebus cognitione et industria, liberalissime attributa a Triumviris pecunia, machinas tot numero et tam concinne elaboratas curavit, ut et commode possent optatis usibus inservire, et publicum locum cum dignitate occupare. Sed cum compertum esset rem hanc in eodem gradu consistere non posse, sed nova semper doctorum hominum industria, novisque accendentibus scientiae luminibus et incrementis, in dies ulterius progredi, annui floren. CC. decreti sunt, qui et quotidianis experimentorum expensis, et novis machinarum artificiis comparandis inservirent. Hisce subsidiis, accedente Professorum ardore et integritate, mirum est quam excreverit machinarum hic apparatus; quod facile comperies, si, quem subjicimus, earum catalogum, cum eo, quem *Fucciolati* anno MDCCCLVI. suis *Fastis* in-

seruit, conferatur. Duo accedunt tamquam scholae Adjutores et Ministri, quorum primus a Senatu ipso assignatus est in prima scholae institutione anno MDCCXXXIX. IX. Kal. April., alterum adjecerunt Triumviri rescripto anno MDCCCLXXXIX. IV. Id. Martii. Anno MDCCCLVII. primum locum occupabat *Joannes Antonius dalla Bella*, juvenis egregia indole, et in physicis doctrinis summa sagacitate et industria. Ipsius stipendium fuit initio flor. L., quibus XXII. additi sunt anno MDCCCLIX. Kal. April. Sed cum, vita functo *Poleni*, tota ei committeretur machinarum custodia, flor. alii CXX. tributi sunt ann. MDCCCLXII. Id. Maji. Immo cum vacua esset adhuc experimentorum schola, ipsique impositum esset, eodem anno MDCCCLXII. XVII. Kal. Jan., ut interim, et quoisque scholae provideretur, experimenta in Theatro administraret, auctum est ejus stipendium ad flor. CCCXVI. Cum vero ipse Physicae Professor, in Lusitaniam vocatus, missionem obtinuisse, postquam *Colombo* experimentorum munus obierat, Adjutor suspectus est, anno MDCCCLXVI. VII. Kal. Aug., *Franciscus Tivati* flor. LX., quibus totidem additi sunt anno MDCCCLXXVII. VII. Kal. April. Secundi autem Adjutoris munus obtinuit floren. LX., anno MDCCCLXXIX. IV. Id. Martii, *Joannes Baptista Vidali*, juvenis optimae spei, *Simonis Stratico* Professoris ex sorore nepos. Sed cum ipse Venetas adiisset, eo in foro Jurisprudentiam professurus, decreverunt Triumviri, anno MDCCCLXXXVI. XVI. Kal. Julii, ut Adjutoris hujus stipendium ad Professorem perveniat, qui ei tribuat, arbitratu suo, cuius opera uti maxime velit in experimentis obeundis. Illud denique non est praetereundum, in publicis experimentalibus exercitationibus, raro in aedibus Gymnasii exemplo, Italicum sermonem usurpari, ut sapientissimis Triumviris mos geratur, qui id non imperare, sed veluti optare visi sunt rescripto MDCCCLXXXVI. VIII. Kal. Januar.

MDCCCLVII. *Joannes March. Poleni* Venetus, Mathematicae Professor, physica etiam experimenta exercebat a prima scholae hujus institutione, nimirum ab anno MDCCXXXIX.

MDCCCLXIV. III. Non. Julii. *Joannes Albertus Colombo* Venetus, Abbas Cassinensis, Philosophiae primi loci Professor, scholam obtinuit quae a *Poleni* obitu triennio vacaverat.

MDCCCLXXVII. XII. Kal. Octob. *Simon Co. Stratico* Venetus, Mathematicae Professor, scholam suscepit tunc Mathematico restitutam.

**Schola Medicinae theoricae extraordinariae,**  
**cujus titulus nunc mutatus est, et inscribitur:**  
**Schola Medicarum Institutionum.**

*Intersunt Medici anni secundi. — Assignata hora matutina ante primam,  
Gymnasii campana sonante diebus ordinariis.*

Varia fuit in Gymnasio scholae hujus fortuna variaeque vices, ut colliges ex *Facciolati Fastis*, Par. III. pag. 372. Illud tantum hic pro instituti ratione monendum censeo, novam hanc, quam nunc obtinet, faciem et formam induisse magna ex parte anno MDCCXLIX. cum *Giannella* credita est. Tunc enim illi Professori impositum, ut elementa explicaret Physiologiae, Pathologiae et Hygienes, triennii curriculo ad haec absolvenda assignato. Nunc vero cum simpliciora tautum doctrinarum elementa Professor tradere jubeatur, unico anno omnia haec comprehendenda, docendi tamen munere a diebus vacantibus ad ordinarios traducto. Hinc scholae titulus etiam mutatus est anno MDCCLXI., et ad Medicas Institutiones inscriptus. Adde etiam, scholam hanc, quae inter elementares recensetur, nunc privata tantum ratione et Italico sermone exerceri ex Sen. Cons. MDCCLXXI. XIV. Kal. Octob., sex tantum publicis Latinisque praelectioibus singulis annis ad Gymnasii scholaeque decus impositis.

MDCCLVII. *Carolus Giannella Lemniacensis*, scholae praeerat ab anno MDCCLII. stipendio flor. CCCL. Celebris ipse Medicus cognitione et usu, postquam ad Gymnasium accessit, opinionem de se conceptam tuitus est diligentia in docendo, et in scribendo doctrina. Missionem obtinuit hoc ipso anno MDCCLVII. XVIII. Kal. Januar., condonatis annuis flor. C. in reliquum vitae tempus. Obiit MDCCLIX., postquam edidisset:

*Saggio di Medicina teorico-pratica, in cui si dimostra che il Medico allora sia di ottimo discernimento, quando arriva a conoscere la cagione e la differenza del male. Dissertazione epistolare, con aggiunta di altre Lettere. Venezia, presso Albrizzi, 1732, 8.<sup>o</sup>*

*Risposta apologetica contro le ragioni addotte a favore dell' emetico di Girolamo Panizzola. Verona, per Dionisio Ramazzini, 1737.*

*De successione morborum Libri tres. Patavii, typ. Seminarii, 1742.*

*De legendorum librorum medicorum ratione instituenda. Dissertatio epistolaris. Venetiis, apud Dominicum Occhi, 1746, 8.<sup>o</sup>*

*Trattato di Medicina preservativa, diviso in sette Parti, in cui brevemente si ragiona delle sei cose dai Medici dette non naturali, e si insegnano parimente la maniera di conservare la sanità e prolungare la vita. Verona, nella stamperia Vescovile del Seminario, 1751, 4.<sup>o</sup>*

*De admirabili radicis ipecacuanhae virtute in curandis febribus tum autumnalibus, tum lentis, tum aliis sive continuis, sive intermittentibus, sedem in primis viis habentibus. Patavii, typ. Seminarii, 1754.*

*Dissertatio: Non semper ex cadaverum sectione colligi potest recte ne, an perperam sit curatio morborum instituta. Patavii, typ. Seminarii, 1755, 4.<sup>o</sup>*

MDCCLVII. XVIII. Kal. Januar. *Simon Co. Stratico Venetus, Giannella missionem obtineuti, eo ipso die suffectus est floren. CCL., cum, viridi adhuc aetate, vix juvenilibus institutionibus egressus esset; coepitque tam mature gratias cumulatissime Gymnasio referre, a quo a puerilibus annis eruditionem hau-serat et doctrinam. Ipsius stipendium crevit ad floren. DC. anno MDCCLXIV. Kal. Septemb., cum ad Mathematicani traductus est.*

MDCCLXV. XII. Kal. Maji. *Homobonus Pisoni Cremouensis, Professoris alterius ex eadem gente nepos, a quo et nomen sumpsit, et doctrinae famaeque exordia. Tanto autem exemplo institutus, cum virenti adhuc aetate docendi munus obiret, optime primum expectationi respondit elegantissima et erudita Oratione quam habuit, et quam, luce dignissimam, pro sua modestia tamen passus latere, edidit demum anno MDCCLXXXVI. Nunquam tamen ipse industriam studiumque suum scholae limitibus continuit, sed utilibus etiam edendis libris applicuit, quorum titulos subjiciemus. Ipsius vero stipendium, quod initio erat flor. CCC., ter auctum, tandem anno MDCCLXXXVII., Kal. Septemb., crevit ad flor. CMLX.*

*De variolarum insitione. Praelectio habita VI. Idus Nov. MDCCLXVII. Patavii 1768, apud Jo. Baptistam Penada.*

*Notizie istoriche dell'innesto del vajuolo fatto in Padova su quattro fanciulli nella primavera dell'anno 1768, con alcune osservazioni sopra lo stesso. Padova 1769, per Gio. Battista Penada.*

*De Medicinae progressibus. Patavii 1786.*

**Schola de morbis mulierum, puerorum et artificum,**  
**cui titulus nunc mutatus est**  
**De morbis artificum, puerorum et oculorum.**

*Intersunt Medici anni tertii, quibus liberum est anni scholastici initio decernere, utrum hunc malint Professorem audire, an Mathematicum. — Assignata hora prima matutina diebus extraordinariis.*

Cum Medicina etiam, saniori philosophandi ratione inducta, pleniores in dies libertatem accipiat, novisque augeatur cognitionibus et inventis, sapientissime Senatus, Triumviris referentibus, decrevit, anno MDCCLXI. VI. Non. Maji, ut clausis paulatim scholis Avicennae et Galeni, aliisque quae cum sectam sipient, et partium studia, commodis maxime et doctrinae incrementis officiunt, novae instituerentur, quae et veram solidamque utilitatem sponderent, et doctrinas reapse novas, non diversam solum eadem tradendi rationem, inducereut. Itaque ex eo decreto haec etiam schola ortum habuit, et Professori mandatum, ut studia sua et institutionem ad morbos convertat, qui mulierum, puerorum et artificum pro artium diversitate proprii sunt. Anno autem MDCCLXIX. III. Nou. Januar. Professori munus accessit artem obstetriciam tradendi ex Triumvirali Constitutione. Sed anno MDCCLXXXV. VI. Id. Januar. ars ipsa obstetricia proprium Professorem et scholam nacta est, de qua nobis agendum erit. Itaque illud tautum monemus hoc loco, simul cum Obstetricia ab hujus scholae penso detractos esse mulierum morbos, iisque suspectam de morbis oculorum tractationem, scholae etiam titulo tunc in albis Gymnasi immutato.

MDCCLXI. VI. Kal. Aug. *Bartholomeus Lavagnoli* traductus a schola secunda Medicinae theoricae stipendio suo flor. MC., sed triennio post ad Medicinae theoricae locum primum migravit.

MDCCLXIV. VII. Kal. Junii. *Leopoldus Marcus Antonius Caldani Bononiensis*, qui a patrio Lyceo profectus Medicinam summa cum laude Venetiis faciebat, ad hanc conductus est *Lavagnoli* successor flor. D. attributis, insuper honoris et meritorum causa, primorum locorum titulo et juribus. Sed anno post transiit ad theoricam Medicinam loci primi.

MDCCLXV. XII. Kal. Maji. *Aloysius Calza Bononiensis* accitus est floren. CCC., qui bis aucti crevere ad DCC. anno MDCCLXXX. XVIII. Kal. Octobr. Ipse, et de Gymnasio et de schola optime meritus, auctor fuit anno MDCCLXIX., ut pracepta quoque obstetriciae artis non scolaribus modo, sed

mulieribus etiam tradenda Gymnasio ne deessent, summo humani generis bono. Itaque quidquid eo anno constitutum est a Triumviris de ratione scholae exercendae, et de imaginibus et formis comparandis quae rem totam ordine, et multiplices casus oculis subjicerent, id totum *Calza*, tanquam auctori, referendum est. Ipse autem vivens quam spopondit ex hoc Iustituto utilitatem praebuit; et ipsius industria in mulieribus et scholaribus erudiendis facto ipso probata, publica non semel ab ipsis gravissimis Magistratibus testimonia laudis obtinuit. Obiit vir doctus, dicendi etiam et scribendi nitore et elegantia laudandus, anno MDCCCLXXXIII. VI. Id. Aug. Ipsius Opuscula invenies in Actis Academiae Pataviuae, cuius sociis annumerabatur.

MDCCCLXXXV. Kal. Decemb. *Petrus Antonius Dalla Bona* Veronensis, *Joannis* Professoris filius, scholae titulo immutato conductus est, ut de morbis agat artificum, puerorum et oculorum, constituto stipendio flor. CCC. Hic, ut alio etiam loco dicendum erit, anno MDCCCLXV. XIII. Kal. Jan., patris Adjutor electus est in schola Medicinae practicae, quae in Nosocomio exercetur, attributis in annos singulos flor. LXXX.; et cum aliquot annos absuisset, bona Magistratus venia, Byzantium prosector, ut Venetum oratorem apud Turcas comitaretur, postquam rediit anno MDCCCLXXVI. eundem locum obtinuit: insuper datum, litteris MDCCCLXXVI. XIV. Kal. Octob., ut in Nosocomio et alibi etiam, quoties occasio postularet, arte uteretur qua pollet in oculorum morbis praecipue curandis, additis stipendio suo annuis argenteis LX. Tandem, quo diximus, die Adjutoris munere dimisso, hanc scholam obtinuit.

## Schola Medicinae practicae in Nosocomio.

*Intersunt Medici anni tertii et quarti. — Assignata hora ante primam, Gymnasii campana pulsante diebus ordinariis.*

Medicae artis tractatio, quam imperfecta et quodammodo manca futura sit, nemo non videt, si ea procul ab aegrotorum praesentia in morborum tantum imaginibus conceptis mente animoque fictis versetur. Praeterquam quod enim eorundem etiam morborum, in tanta et aegrorum corporum diversitate et varietate causarum sese mutuo innectentium, non una facies; accedit etiam felicem artis usum, qui levibus iudiciis maxime et conjectura consistit, ab aegri corporis aspectu, subtilique et attenta rerum obvenientium perscrutatione extare magna ex parte et exurgere. Hinc cum temporum vicissitudine jam penitus obsolevisset decretum anni MDXXIX., quo, ut legimus in *Facciolati* (*Fast. Par. III.*

pag. 215), jussi sunt Professores duo ex practicorum classe Nosocomium statis temporibus invisere, ibique de morbis per occasionem oblatis ad juventutis utilitatem disserere, maximam habuit utilitatem recens Senatus decretum quod, anno MDCCLXII. III. Kal. Octob., aliud superioris anni VI. Kal. Maji confirmavit, constituitque scholam hanc in publico aegrotorum Nosocomio esse experientiam. Ipsi tamen Professor datus est anno solum MDCCLXV. Non. Januar. Triduo autem post Triumviri Constitutione sua novi hujus Professoris munera explicatius aperuerunt. Igitur mandatum: I. Ut ipsius nomen in album Gymnasii referatur, et Professorum numero adscriptus, immunitatibus et Collegiorum juribus persruatur; immo lauream nemo consequatur, qui consuetis testimoniis non probet se triennium scholae huic diligeutem interfuisse. — II. Aegrotos decem vel duodecim in Nosocomio, viros vel mulieres arbitru suo, sibi sumat curandos, et postquam eos quotidie, a scholaribus suis comitatus, inviserit, in loco in Nosocomii aedibus destinato, aptam Orationem habeat de illorum morborum causis, progressibus, prognosticis, curatione. Semel tamen initio scholastici anni in Gymnasii aedibus ipsi publice e suggestu dicendum est. — III. Cum vero plurimi intersit morbos cognoscere, qui variarum anni tempestatum quodammodo proprii sunt, institutionem et scholas in totum Augusti mensem producat, cum morbi qui frequentius hoc mense contingunt, inter autumnales recenseantur. — IV. Professori aegrotos suos invisenti adsit Nosocomii Pharmacopola, et ille qui aegrorum victui praeest, audiantque praecepta de cibo, regimine et medicamentis aegrotis his administrandis. Ea vero medicamenta, quae lege diurnoche usu in Nosocomio publice non praebentur, impensis suis Professor sufficiat, cuius oneris ratio in ipsius stipendio constituendo habeatur. Haec Professoris munera, haec ratio est scholae exercendae. Monendum etiam scholam hanc ad primorum locorum honorem et jura evectam esse primum ex Triumvirali Constitutione MDCCLXVII. VI. Kal. Octob., deinde ex Sen. Cons. MDCCLXVIII. VII. Kal. April. Addendum denique Adjutorem quoque Professori scholaeque adjunctum ex litteris MDCCLXV. XIII. Kal. Jun., quod munus litteris iisdem tributum est *Petro Antonio Dalla Bona*, cui Byzantium abeunti suspectus est *Michael Amai dall' Orologio* theoretiae Medicinae Professor loci tertii; et cum hic ad artem suam exercendam Opitergium profectus esset, successit *Antonius Benvenuti*, in cuius locum, V. Kal. April. MDCCLXXVI, venit *Aloysius Ragusi*, qui munus reddidit *Petro Antonio Dalla Bona* Byzantic reddeunti eodem anno. Ipso autem evecto ad scholam de morbis etc., Adjutoris munus suscepit, ex litteris MDCCLXXXVI. VII. Id. Jan., *Dominicus Marani*

stipendio argent. LXXX., qui extincto Professore, dum aliud quaerebat, munus a Triumviris acceperat, litt. MDCCLXXXVII., mens. Jan., aegrotos Professori destinatos invisendi et curandi.

**MDCCLXV.** Non. Jan. *Joannes Dalla Bona* Veronensis, vir procul dubio acerrimo ingenio doctrinaque praestans, medicus, omium judicio et consensione, probatissimus et in difficillimae artis principibus constanter habitus. Cum ea polleret ingenii rapiditate et vi, ut videretur ad medicam artem quasi a natura efformatus, primo aegrotorum intuitu levissima quaeque indicia ad recte judicandum arripiens, de morborum causis atque exitu et acutissime et vere conjiciebat. Itaque usu et exercitatione plurimum valuit, et summam in medendo felicitatem, ingenio et doctrina partam, adeptus est. Viguit etiam maxime memoria et lingua. Igitur cum scholae sua ratio postularet, ut imparato quotidie et ex tempore latine dicendum esset, ipsius copiosa et eruditissimae scientiaeque luminibus distincta Oratio, quasi meditationis antea et commentationis plurimum impeudisset, celebrabatur. Ipsi initio stipeudium tribulum est floren. D., quod bis auctum crevit ad CM. anno MDCCLXXX. IX. Kalend. Jun. Obiit anno MDCCLXXXVI. V. Kal. Januar. Edidit:

*Dell'uso e dell'abuso del caffè. Dissertazione storico-fisico-medica.* Verona 1751, presso Pier-Antonio Berno, 4.<sup>o</sup>

*La stessa, ivi 1760, con aggiunte intorno la cioccolata ed il rosolio,* 4.<sup>o</sup>

*Tractatus de scorbuto.* Veronae, ap. Petrum Antonium Berno, 1761, 4.<sup>o</sup>

*Observationes medicae, cum praemissa Oratione prima habita in Gymnasio Patavino, et Mantissae loco addita historia aliquot curationum mercurio sublimato corrodentii perfectarum.* Patavii, apud Joann. Bapt. Penada, 1765, 4.<sup>o</sup>

*Historia aliquot curationum mercurio sublimato corrodenti perfectarum.* Veronae 1766, ex typographia Marci Moroui, 4.<sup>o</sup>

*Esortazione all' innesto del vajuolo.* Padova, per Giovanni Battista Contatti, 1769, 4.<sup>o</sup>

## Schola Philosophiae extraordinariae.

**MDCCLVII.** *Laurent. Soardi* Utin. scholam regebat ab anno MDCCXXXI. III. Kal. Decemb., accitus stipeudio flor. CCLXXV. Quater autem confirmatus, aucto de more stipendio, tandem, anno MDCCLXV. VIII. Kal. Jun., obtinuit flor. DGXXV. Sed cum Senatus censisset scholas minus necessarias tollendas

esse, ut locus utilioribus reliqueretur, et cum jam, anno MDCCXXXVIII. V. Kal. Decemb., locum sustulisset hujus ordinis secundum, tandem, anno MDCCLXVIII. X. Kal. Octob., hanc etiam silere jussit, integro stipendio condonato in reliquos vitae annos viro optime merito, qui et suam et scholae famam auxerat libro quem edidit, anno MDCCLV., *De naturali ad honestatem institutione*, graviter nitideque scriptum, ut verbis utar *Facciolati* (*Fast. Part. III. pag. 286*). Obiit in honesto gravissimae senectutis otio Jul. MDCCLXXXVII.

## Schola Philosophiae moralis.

*Intersunt Juristae et Theologi anni primi. — Assignata hora prima matutina diebus extraordinariis.*

Schola haec, quae antea nullius Collegii juribus fruebatur, Theologico adscripta est anno MDCCLXXX. IV. Kal. Septemb., et Professor, qui eam obtineat, illius Collegii Promotoribus annumeratus.

MDCCLVII. *Jacobus Stellini* Forojuliensis, Cler. Reg. ex coetu Somasch., scholam regebat ab anno MDCCXXXVIII. XII. Kal. April., ad eam conductus flor. CL., qui quater aucti tandem, anno MDCCLXIV. III. Non. Maji, crevere ad DCC. Vir vere sapiens scholae longe celeberrimae decus sustinuit et auxit omnimoda eruditione et doctrina. Nescio enim quo felici fato contingenterit scholae huic, ut duobus amplius saeculis Professores constantissime obtinuerit nominis celebritate et fama clarissimos, inter quo duo etiam, *Barisoni* nempe et *Maviglia*, meruerunt a schola ad episcopalem sedem deduci. Consule *Facciolati*, qui in *Fastis* (Part. III. pag. 315) a *Robortello*, qui scholam occupavit anno MDLXI., ad sua usque tempora sibi succedentes Professores recensem, quorum nemo est qui non doctrina, honoribus, titulis clarissimus extiterit. *Stellini* autem ex iis qui praecesserunt nulli secundus habendus est. Nou solum enim maximus fuit in ea quam profitebatur doctrina, ut celeberrima ipsius scripta testantur, sed physicas etiam et mathematicas res intimius agnoverit, humaniores quoque litteras non deditus. Itaque non tolerabilis modo, sed magnus in omnibus scientiarum omnium vir dici potest. Obiit MDCCLXX. VI. Kal. April.

*Stellini* Opera ex Vita a Fabronio conscripta:

*Jacobi Stellini e Congregatione Somaschensi in Patavino Gymnasio Ethices olim Professoris Opera omnia.* Vol. IV. Patavii, apud Jo. Bapt. Pennada, in 4.<sup>o</sup> Duo prima Volumina edita sunt anno 1778; duo altera anno qui consecutus est. Primum continet et ea, si Praelectiones duas exceperis, quae per

se antea vulgaverat *Stellini*, scilicet: *Orationem pro Ethica; Commentariolum de Ethicae tradendae ratione*; et librum *De ortu et progressu morum*, qui primum editus fuit anno 1740. Post haec alia quatuor Volumina a Penada typis impressa fuerunt, quae ad *Stellini* pertinent; edidit enim 1781:

*Opere sacre sulla Passione, sulla Eucaristia, sulla imitazione della Vita di Gesù Cristo, sulla utilità del ritiro, e Considerazioni di altri misteri*, cum Oratiunculis quibusdam Latinis varii argumenti.

*Sonetti, Canzoni, Versi sciolti, Odi 12 di Pindaro tradotte ed illustrate*. Continet etiam Volumen *Carmina tum Graeca, tum Latina*, quae composuerat *Stellini*, editamque fuit an. 1782.

*Opusculi Matematici*, 1782.

*Praefatio lucubrationum ethicarum liber singularis*, 1783.

*Il Parmenide di Platone compendiato, colle correzioni della versione del Serrano, e colle Osservazioni critiche alla illustrazione dell'Abate Conti*, 1783. Volumen istud habet etiam Opuscula varia ad Medicinam, ad Poeticam, ad Oratoriam et Criticam pertinentia.

*Lettere erudite, scientifiche e famigliari*, 1784.

MDCCLXXIII. V. Id. Mart. *Silvester Silvestri* Vicet. accitus est flor. CCC., qui, binis auctionibus impetratis, creverunt ad DC. anno MDCCLXXXVI. V. Id. Maji. Scholae autem munera explet diligentissime, et ea qua par est dignitate, Latinique sermonis elegantia et nitore.

## Schola Astronomiae, Geographiac et Meteororum.

*Intersunt Medici anni secundi. — Assignata hora secunda pomeridiana diebus ordinariis alternis.*

Astronomia, ut dictum est cum de Mathematicae schola ageremus, celebrata quidem fuit antiquis temporibus in Gymnasio; sed tum praecipue, ut erat aetatis ingenium, in astrologicis divinationibus iusaniebat. Saeculis vero posterioribus, cum disciplinae omnes quae ad Mathematicam referuntur, unicum simul Professorem obtinuerint, cui liberum erat ex iis quam mallet eligere, conditio cujusque et fortuna ab ipsius ingenio et arbitrio pendebat. Hinc quamvis aliquis vel sphaeram a *Sacrobosco*, vel theorias planetarum attigerit, haec tamen studia et levia et saepius intermissa parum astronomicis doctrinis praesidiū et incrementi attulerunt. Sed cum nobilissima disciplina ubique exculta, et somniis populique erroribus expurgata, in tanto coepit honore esse, tot ipsi factis

solidae scientiae accessionibus, tum proprius Professor datus est, qui in eam potissimum tradendam et amplificandam incumberet. Itaque a Mathematica optimo consilio sejuncta leviori Meteororum scholae est consociata ann. MDCLXXVIII., et celeberrimo viro concredita *Geminiano Montanari*. Tunc vero, tanta ipsis comite adjuncta, coeperunt Meteora ipsa celebrari, quorum schola, instituta ineunte saeculo XVII., quasi ad honorem, et veluti otii ac tenuioris occupationis causa, concedebatur. Astronomiae et Meteoris additae sunt Geographia et Nautica anno MDCCXXXIX., quae tamen, ab hac schola divulsae, proprium Professorem nactae sunt anno MDCCXLV. Sed cum sexennio post novus locus sublatus esset, Geographia quidem Astronomo restituta, sed Mathematico Nautica commissa est. Deerant tamen scholae huic praesidia pro ratione scientiae excolendae, quae his temporibus viget, longe necessaria; instrumenta scilicet et Specula ad observandum. De utrisque, innuente Professore *Colombo*, coeptum est cogitari a Triumviris anno MDCCLVII., qui maximi momenti rem ad Senatum retulerunt quadriennio post, decretumque a Senatu, ut haec praesidia ne desint Gymnasii nostri decori et utilitati; simulque Triumviris commissum, ut omnia perpendarent et constituerent quae ad Speculam construendam, tam quoad locum, tum quoad impensarum rationem, pertinerent. Itaque anno MDCCLXVII. Observatorio magnifice erigendo opera data est, locusque opportunus electus in veteri arce Urbis ad *Pontem Ligneum*, ubi antiqua turris firmissima et aptissima se se obtulit novis superpositis aedibus sustinendis. Cum vero opus quadriennio post magnificis sumptibus absolutum est, tunc instrumentis aptisque machinis ornari coeptum, quae ita ad hunc diem excreverunt, ut possint et publici loci dignitati et Gymnasii decori respondere; quorum catalogum subjiciemus (1). Denique, anno MDCCLXXI. XVIII. Kal. Maji, Astronomicae et Meteororum exercitationes, quae habentur privata ratione, ad Speculae aedes a Gymnasticis traductae sunt, ipsisque assignata hora matutina ante pri-

(1) Apparatus instrumentorum Speculae inservientium ex autographo Professoris *Josephi Toaldo*.

- 1.º Quadrans muralis octo pedum Anglicanorum, tubo acromatico instructus. Opus eximium cel. artificis *Ramsden*.
- 2.º Quadrans mobilis quatuor pedum ejusdem mensurae, tubo communis cum Nonio, et circulo azimutali insistens. Divisio est in partes 64, singulas in 8 alias, atque ita deinceps facta a cel. Mathematico *Bernardino Zendrini*.
- 3.º Similis pedum 2. 1/2, simili modo divisus ab eodem Mathematico.
- 4.º Similis pedis 1. 1/4, opus mediocre cuiusdam Veneti artificis *Riva*.

mam , campana pulsante diebus extraordinariis; sed dies et hora immutata est anno MDCCCLXXXV., et assignata secunda pomeridiana diebus ordinariis alternis. Sex tamen ipsis quotannis publicae lectiones in Gymnasii aedibus sunt pronunciandae, quod onus, ut diximus, omibus commune est, quorum schola privata ratione exercetur. At cum unius hominis cura et industria impar sit tot muneribus rite obeundis, quae postulat absoluta Astronomiae et Meteororum tractatio, quae tot tamque variis perpetuisque coelestium corporum et aëreorum phaenomenorum observationibus constat, Professori Adjutor et Socius flor. CC., quibus floren. LX. additi sunt MDCCCLXXXVI. mens. Jun., datus est, anno MDCCCLXXIX. prid. Kal. Decemb., *Vincentius Chiminello* ipsius nepos ex sorore, qui in physicis et mathematicis artibus ingenii, diligentiae et incredibilis cujusdam constantisque in observando tolerantiae plurima dederat argumenta a litterariis etiam exteris et domesticis Societatibus non semel probata, ut colliges et ex ejus Opusculis, quae typis commisit in Actis suis Academia Patavina, et ex iis etiam quae ab ipso emissa exterarum Academiarum probationem et

---

5.<sup>o</sup> Quadrans super semicirculo azimutali 1/2 pedis.

6.<sup>o</sup> Triens circuli radio unius pedis Anglici, dupli telescopio multiplicatus, cum apparatu tam terrestri, quam astronomico. Opus cel. *Nairne*.

7.<sup>o</sup> Graphometrum cum optima pyxide nautica, acu quatuor digitorum, dioptris simplicibus. Opus diligentis artificis *Facini Veneti*.

8.<sup>o</sup> Horologia astronomica quatuor, quorum unum cum pendulo ad correctionem, disposito juxta methodum cl. *Boscovich*, qui ipsum curavit a cel. *Le Paute* Parisiis.

9.<sup>o</sup> Telescopium Gregorianum 1.1/2 pedis, opus cel. *Mort. Pertinuit* ad cel. *Boscovich*.

10.<sup>o</sup> Tubus meridianus cum suo apparatu ad ipsum dirigendum, elaboratus ab industrio artifice nostro *Jo. Bapt. Rodella*.

11.<sup>o</sup> Similis simplex cum suo reticulo ac micrometro.

12.<sup>o</sup> Similis opticus 12 pedum, elaboratus a Co. *Corvioni*.

13.<sup>o</sup> Similis octo pedum, ejusdem.

14.<sup>o</sup> Similis 7 pedum, cel. *Campani*. Hi tres tubi pertinebant ad cel. *Poleni*, cuius possidemus et alias lentes longioris soci.

15.<sup>o</sup> Similis 6, 5, 4 pedum, Optici Veneti Laur. *Selva*.

16.<sup>o</sup> Machina parallatica juxta methodum novam artificis Parisini *Megnier*, affabre elaborata a laudato *Rodella*.

17.<sup>o</sup> Pertica regia Parisiensis ex ferro ; item Pes regius ex aurichalco.

18.<sup>o</sup> Barometra, thermometra, hygrometra, aliaque plura inservientia ad observationes.

praemia obtinuerunt. — Adest praeterea famulus et aedium custos salario flor. ren. LXXX.

MDCCLVII. *Joannes Albertus Colombo Venetus, Abb. Cassinensis, scholam regebat ad eam conductus anno MDCCXLVI. VIII. Kal. Septemb. stipendio flor. CC., qui crevere ad D. anno MDCCLX. III. Kal. Februar. Hoc autem stipendio traductus est quadriennio post ad scholam primam Philosophiae.*

MDCCLXIV. III. Non. Maji. *Joseph Toaldo Vicetinus, Praepositus SS. Trinitatis, Colombo successit, tributo stipendio flor. CD.; quod ter auctum crevit ad DCCCL. anno MDCCLXXXV. VIII. Kal. Jun., eique jura omnia concessa Collegiorum Philosophiae et Medicinae. Vir ingenio summo, laborisque incredibiliter patiens, ita munus utrumque exequitur, astronomicum et meteorologicum, ut totus omnino esse in unoquoque videatur. Nullus enim est astrorum motus, cuius quidem utilis sit notatio; nullae in coelestibus corporibus obvenientes in dies mutationes, defectiones, conversiones, quas diligentissime non persequuntur: quod ex variis Opusculis constat, et ex Actis Academiae Patavinae, quibus ab eo annuae siderum observationes interseruntur. Meteorologica vero doctrina, ex eo in Italia pene dixerim nata, ipsius industria assiduisque studiis, ad summum honorem et absolutam veluti perfectionem erecta est. Nam ab eo quotidie et coeli temperies, et constitutio aëris, et pluviae, ventorum tempestatumque omnium ratio, et phænomena quaecumque alia se se obtulerint in coelo, suis distincta diebus et horis notantur diligentissime. Immo ardentiora haec observandi et notandi studia, per eum longe lateque diffusa, in omnibus pene Italiae locis comites ipsi plurimos sociosque adjunxerunt, qui quotannis istiusmodi observationum veluti symbolam in commune hoc conserunt doctrinae patrimonium. Itaque sperandum fore, ut ex diurna hac tempestatum et praeteorum annorum accuratissimā historia scientiae aliquid et doctrinae eruatur et extet, quod conjectantibus de futura cujusque anni constitutione lumen aliquod praeferat, summo et agricolarum et navigantium et omnium commodo et bono; quod quidem ab eo non semel tentatum et adumbratum est exitu non improspero. Sed totum hoc melius intelligent ii qui ipsius Opera in lucem emissa consuluerint, quorum titulos indicamus, praeter ea quae inveniuntur in Actis Academiae Patavinae, vel in Actis Academiae Berolinensis, vel Theodoro-Palatinæ Manheim, vel Loudinensis, vel Bononiensis, demptis etiam Opusculis, quae leguntur in litterariis Diariis vel Rozier, vel Mutinensis, vel Pisanis, vel Mediolanensis, vel Venetis ex typographia Milocco, vel præsertim Encyclopedicis Vicetinis.*

*Notizie spettanti alla vita ed agli studii del sig. Abate Antonio Conti.*  
Senza nome d'autore, nel Tomo secondo e postumo delle Opere del medesimo  
Ab. Conti. Venezia 1756, presso Gio. Battista Pasquali, 4.<sup>o</sup>

*Tavole trigonometriche. Edizione accuratissima, con una Introduzione*  
*contenente un Compendio di Trigonometria piana e sferica applicata alla*  
*pratica, con molte altre tavole e rischiarimenti utili in queste materie.* Pa-  
dova 1769, nella stamperia del Seminario. La stessa, ivi 1782.

*Della vera influenza degli astri, delle stagioni e mutazioni di tempo.*  
*Saggio meteorologico fondato sopra lunghe osservazioni, ed applicato agli*  
*usi dell'Agricoltura, Medicina, Nautica, ec. Si aggiungono i Pronostici di*  
*Araio tradotti dal sig. Antonio Luigi Bricci, e la descrizione di un nuovo*  
*pendulo del ch. P. Boscovich.* Padova, stamperia del Seminario, 1770, 4.<sup>o</sup> La  
stessa, ivi con aggiunte, 1781, 4.<sup>o</sup> La même traduite par M. Jos. Daquin. Cham-  
bery, dans l'imprimerie de M. F. Gorvin imprimeur de Roi, 1784, 4.<sup>o</sup>

*Tavole trigonometriche, ec. Edizione seconda corretta, ed accresciuta in*  
*particolare di una Tavola dei logaritmi iperbolici.* Padova 1773, nella stam-  
peria del Seminario.

*Novae Tabulae barometri aestusque maris.* Patavii 1773, typis Semina-  
rii, 4.<sup>o</sup> La stessa, tradotta in Italiano nel Giornale dei Letterati di Modena, 1773.  
Tom. IV.

*Giornale astro-meteorologico per l'anno 1773 e seguenti.* Produzione  
annua periodica, 8.<sup>o</sup>

*Introduzione alla dottrina della Sfera e della Geografia per uso delle*  
Scuole. Senza nome d'autore. Venezia 1775, presso Giuseppe Bettinelli, 8.<sup>o</sup>

*Météorologie appliquée à l'Agriculture. Ouvrage qui a remporté le prix*  
de la Société Royale des Sciences en 1774 sur cette question: « Quelle est  
» l'influence des météores sur la végétation, et quelles conséquences pratiques  
» peut-on tirer relativement à cet objet des différentes observations météorolo-  
» giques faites jusq'ici? » Montpellier 1775. La même dans le Journal de Ro-  
zier pour l'année 1775. Eadem in linguam Germanam versa, Berolini 1776;  
et versa in linguam Hispanam, Segoviae 1776: La stessa in lingua Italiana, Ve-  
nezia 1775, presso Gaspare Storti. La stessa, ivi 1786, corredata di notabilis-  
sime aggiunte.

*Compendio d'Astronomia colle Tavole astronomiche del sig. de la Lande.*  
Traduzione corretta ed ampliata. Vol. due. Padova 1777, nel Seminario, 4.<sup>o</sup>

*Dei conduttori per preservare gli edifizii dai fulmini. Memorie pubbli-*

*cate separatamente in diversi tempi, ora raccolte in un Volume, e in questa nuova edizione ritoccate, ed accresciute di un'Appendice sui fatti più recenti, per dichiarazione e conferma del sistema dell'Autore nella disposizione dei conduttori medesimi.* Venezia 1778, presso Gaspare Storti, 4.<sup>o</sup> Les mêmes traduites, avec des notes et des additions par M. Barbier de Tinan. Strasbourg, dans l'imprimerie de J. H. Heitz 1779.

*Saggi di studii Veneti nell'Astronomia, Geografia e Nautica.* Venezia 1782, presso Gaspare Storti.

*Le Saros météorologique, ou Essay d'un nouveau Cycle pour le retour des saisons.* Padoue 1782. Le même dans le Journal de Rozier pour l'année 1782. Lo stesso, nel Giornale astro-meteorologico dell'anno 1782.

*De methodo Longitudinum ex observato Lunae transitu per Meridianum. Ad cel. virum D. Nevil Maskelyne, Astronomum regium Prenovicensem, amplissimi Longitudinum Collegii Britannici Membrum, Epistola.* Patavii 1784, typis Seminarii.

*Tavole di vitalità.* Padova 1787, nella stamperia di Gio. Antonio Conzatti.

*Confronto delle stagioni coi principali prodotti della campagna. Dissertazione epistolare con Tavole per servire di appendice alla Meteorologia applicata all'Agricoltura.* Pad. 1787. Si veude da Giacomo Storti in Venezia, 8.<sup>o</sup>

Hisce adjecimus etiam Opera ad huic diem edita a *Vincentio Chiminello Astronomi Adjutore ac Socio*; scilicet:

*Dissertazione che ottenne l'approvazione dell'Imperiale Accademia delle Scienze per il premio, proposta nell'anno 1773 sul quesito: « Se la pioggia che cade a' di nostri in Europa, deducendolo dalle ragioni fisiche, possa dirsi maggiore o minore di quella che cadesse nei secoli da noi più remoti; e quali utilità ricavar si potrebbero dalla scienza dei fatti per la coltivazione dei terreni. »* Padova 1776, stamperia del Seminario. La stessa, nel Vol. VI. degli Atti della suddetta Accademia.

*Lettera a S. E. il sig. Angelo Maria Priuli, contenente un estratto della Teoria completa del sig. Leonardo Eulero della costruzione e del maneggio dei bastimenti ridotti ad uso di quelli che si applicano alla navigazione.* Vicenza 1778, per Gio. Battista Vendramini-Mosca. La stessa, nel Giornale Encyclopedico di Vicenza del Febbrajo 1778.

*Observation importante sur l'usage de baromètre pour mesurer la hauteur des lieux, avec une observation particulière du baromètre portatif.* Dans le Journal de Rozier, Juin 1779.

*Risposta al ch. sig. Abate Frisi sulle influenze lunari.* Nel Giornale Encyclopedico di Vicenza, Gennajo 1783.

*Riflessioni sulla verità di alcuni paradossi analitici.* Venezia 1784, nella stamperia Graziosi, 8.<sup>o</sup>

*Ricerche sulla comparabilità dell'igrometro. Memoria che riportò un premio dall'Accademia delle Scienze Teodoro-Palatina di Manheim per l'anno 1783.* Traduzione dal Francese. Vicenza 1785, stamperia Turra.

*Observationes meteorologicae Patavienses in Ephemerid. Societ. Meteorologicae Palat. Manhemensis.* Vol. I. II. III. IV. etc.

## Schola Medicinae, Chirurgiae, et Anatomes comparatae.

*Intersunt Chirurgi omnes. — Assignata hora secunda pomeridiana diebus ordinariis.*

Brutorum animalium curatio, quam *Veterinariam Medicinam* appellamus noto vocabulo, in Triumvirum tutelam recepta Senatus Consulto Kalend. Maji MDCCLXXIX., in Gymnasiī aedes traducta est illorum jussu III. Kal. Octob. MDCCLXXXVII., ibique chirurgis scholaribus aperta a Professore traditur, in reliquorum Professorum ordinem advocato, publice quidem, sed Itala lingua. In veteri tamen loco, ubi Collegium prius conditum erat, de quo suo loco diximus, Professori domicilium servatum est, et Zoodochium ad animalia aegrotantia excipienda, ut cum traditae doctrinae sub scholarium oculis reipsa et facto confirmantur, facilior sit tutiorque institutio. Jam vero cum morbi omnes vel interiores corporis partes, vel extimas vitient, Medicina haec commodissime bipartita duobus annis proponitur absolvenda. Igitur a morbis interioribus pensum accipiet primus annus, morborumque ipsorum origines, processus, significaciones omnes exponet, tum medicamenta singulis adhibenda communi consensione maximo utique usu probata, quorum etiam agendi modum, vimque insitam explicabit. Vitia vero visceribus inhaerentia, ut penitus intelligantur, perfecta illorum cognitione opus est, quae cum visu tantum perspectaque illorum forma et figura arripiatur, interiorum artuum conformatio, textura, ususque varii ad animantium vitam, iis rite sectis nudatisque, sub audientium aspectibus subjicientur. Hinc elementa complectetur annus hic ejus Anatomes partis, quam Graeci dicent *Splanchnologiam*. Pensum alterius anni exteriores morbi sufficient. Quare sectiones et anatomica institutio ad ossium formam et juncturas, ad muscularum munera, nervorum deductiones, glandularum officia, arteriarum, venarum deriva-

tiones ductusque multiplices convertentur. Scholarium etiam manus hoc anno ad eas curationes docebuntur quae indigent Chirurgi opere, atque id generis incisiones operationesque omnes in viventium brutorum animalium corporibus ad exemplum perficiuntur. Utilissimum enim est haec, si liceat, in vivis exequi. In cadaveribus enim et nervi et arteriae et musculi impune feriuntur, quin spasmus, periculosus sanguinis fluxus, motusque deficiens cunctantem Chirurgum moueant, vel errantem accusent. At quoniam viventia haec animalia in Gymnasio omnino deduci nequeunt, admoniti scholares Zoodochio aderunt praefinitis horis, quoties aliquid horum, occasione oblata, in vitiatis ipsorum artibus praestari oporteat. Imo in loco in Professoris domo apte parato sectorum cadaverum partes exsiccatae, atque unguentis notisque artificiis servatae, Anatomicum Musaeum constituent; quae partes, in Gymnasium passim per occasionem delatae et propositae, ante oculos theoreticas practicasque institutiones juvabunt, ac reddent commodiores. Ex alumnis, qui in Collegio alebantur, duo lecti erant juvenes, ingenio et expectatione praestantiores, *Alexander Tibolla* Bellunensis et *Antonius Rinaldini* Brixianus, qui proprius Professoris lateri haerentes, quam ipse posceret operam praestabant. Clauso Collegio, et schola haec Gymnasio consociata, ipsis Adjutorum titulus confirmatus est, stipendumque argent. CL.

MDCCLXXXVII. III. Kal. Octob. *Joseph Orus* Parmensis, qui, cum primum Collegium conditum est, accitus fuerat stipendio argent. DC. ad juvenes ibi degentes in Veterinaria Medicina erudiendos, schola etiam in Gymnasium hac die Triumvir. edicto migrante, in munere haesit eodem stipendio, atque in Professorum ordinem cooptatus. Ipse in Gallia a juventute clar. *Burgelato* audivit, quem Medicina haec quasi parentem agnoscit, cumque in Parisiensi Collegio emineret, ad nos invitatus est honestis conditionibus, ipso curante Venetorum apud Gallos Legato. Vix Patavium advenerat, cum pestilens morbus sensim in Dalmatiae oras irrepens luem tetricam coepit boum armentis praecipue ministri. Illuc missus artis suae praesidia prospero successu aegrotantibus praebuit, morboque vias, ne latius diffunderetur, feliciter interclusit. Idem praestitit non multis abhinc annis, anno scilicet MDCCLXXXII, in agris eodem modo, sed majori etiam periculo infectis, Patavino praesertim et Vicetino; quapropter novae hujus apud nos disciplinae utilitatem experti, ad majorem rerum spem et expectationem, si ea undique propagetur, evecti sumus. Edidit ad hunc diem: *Osservazioni fisico-pratiche sopra alcuni animali domestici villerecci. Libro primo.* Padova 1779, presso Giuseppe Comino, 4.<sup>o</sup> Hic unicus adhuc prodit ex quinque Libris, in quos Opus totum partitur.

## Schola Chirurgiae.

*Intersunt Chirurgi anni primi et secundi. — Assignata hora tertia matut. dieb. ordin.*

Chirurgia, quae ad annum MDLXXXIV. habuit sibi minorem velutū sociam adjunctam Anatomen, ab eo anno, vicibus immutatis, eadem quasi quaedam accessio facta est Anatomes ipsius, cui primorum locorum tituli et jura concessa sunt. Igitur Professor idem et Anatomicus et Chirurgus erat, idque locum habuit ad annum MDCLXII., quo divisa penitus est chirurgica schola ab anatomica, et proprii utrique Doctores assignati. Schola vero haec, quae caeterum omnibus utilissima esset Medicinam facturis, illis solum indicitur, qui chirurgicis muneribus fungi velint. Ipsi biennium adsunt scholis, et Chirurgos Professores audiunt, et consueta ab iis tria singulis annis obtinent testimonia. Titulos autem scholasticos consecuti, nou quidem laureati, sed humiliore vocabulo *licentiati* vocantur. Duplex titulum obtinendi ratio erat: altera quam vocabant *latino sermone*; altera quam *vulgari*. Non idem utriusque sumptus aut honor erat, nec eadem omnino artis exercendae jura consequebantur. Nunc, eo discrimine amo-to, unica ratio est.

Quod attinet ad chirurgici Professoris hodiernum munus, illud expressum continetur Constitutionibus Triumviralibus Kal. Februar., et VIII. Id. Martii MDCCLXXVII., et XVI. Kalendas Maji MDCCLXXXII. Igitur ipse in exercitationibus suis privata ratione utitur et Italica lingua, sex tamen singulis annis publicis Latinisque praelectionibus imperatis. In Nosocomio vero disserit de arte sua, secat cadavera tempore Quadragesimae, et chirurgicis operationibus fungitur in cadaveribus, ad exemplum et juvenum institutionem. Ægrotos sex eo in loco curandos eligit, quos invitat quotidie, et iis coram scholaribus artis auxilia praebet, attributis ipsi flor. CCC. litter. MDCCLXXVII. Kal. Februar., ut sibi cultros, artificia et linteamina comparet, quae hujuscce artis usus desiderat. Cum vero alia sit in Nosocomio chirurgica schola, de qua mox dicemus, in duas partes morbi omnes partiuntur, qui Chirurgi opere indigent, quae singulis annis alternae a duobus Professoribus tractandae sunt. Absoluto exercitationum curriculo, praebenda erunt, si ipsi libuerit, cadavera secunda ab illis ex scholaribus suis quos ipse delegerit, ut tradita praecepta experiendi causa exequantur, modo sectionibus adsit Adjutor scholae vel aliquis ex scholaribus veteranis; scilicet etiam schola haec Adjutore gaudet et Sectore. Sector datus est, anno MDCCXXXVII. prid. Non. Dec., stipendio flor. L.; Adjutor autem additus est MDCCLXXVIII.

XVI. Kal. Martii argenteis LX. Adjutor vero electus est *Antonius Penso*, summae spei Chirurgus, sed e vivis immature eruptus.

MDCCLVII. *Hieronymus Vandelli* Mutinensis, scholae praeerat ab anno MDCCXXX. IX. Kal. April. Fuit stipendum tunc ipsi constitutum flor. CD.; sed senis auctionibus impetratis, anno MDCCLXXI. VII. Kal. Martii, crevit ad flor. MDC. Chirurgus omnium consensione inter principes aetatis sua. Famam autem, quam sibi pepererat, et sustinuit et auxit ad ultimum vitae diem, ut meruerit, quamvis absens, inter Consiliarios referri Serenissimi Mutiuensis Ducis, et ab eo honorifico titulo Archiater nuncupari. Cum senio pene confessus viribus non sufficeret ad chirurgica opera in Nosocomio obeunda, concessum est, litt. MDCCLXVII. IV. Non. Januar., ut hoc munere vacaret, eodemque anno, VI. Kal. Octob., *Joanni Sograffi* Professori mandatum, ut gereret *Vandelli* vires. Obiit MDCCLXXVI. IV. Id. April. Edidit:

*Succinta descrizione delle Terme di Padova.* Padova 1775, nella stamperia Conzatti.

MDCCLXXVII. XV. Kal. Febr. *Camillus Bonioli* Leonicenus, conductus flor. DL., quibus CC. additi sunt anno MDCCLXXXIII. prid. Non. Septemb. Hic postquam a puerilibus annis Patavii et Florentiae educatus, praeceptisque institutus, quae optimam ipsius naturam ad difficillimae artis felicem usum excollerant, Chirurgiam exercuit plures annos Vicetiae summo cum honore et fama, ipsique optime consuluit frequentibus et probatissimis scriptis in lucem editis. Ad Gymnasium vero vocatus, expectationi respondit assiduitate, doctrina, felicitate, qua et juvenibus informandis, et artis auxiliis petentibus quotidie praebendis constanter instat. Sunt ipsius Opera ad hunc diem, praeter ea quae in Actis leguntur Academiae Patavinae:

*Delle parti insensibili ed irritabili degli animali. Discorso teoretico-pratico di Orazio Maria Pagani di Arzignano Dottore in Medicina, e di Camillo Bonioli di Lonigo Chirurgo.* Venezia 1757, presso Giovanni Battista Occhi.

*Dissertazione medico-chirurgica intorno alla malattia di un braccio e di una mano disseccati naturalmente in guisa di mummia.* Venezia 1767, presso Pietro Savioni.

La stessa, colle *Osservazioni critiche*.

## Schola Chirurgiae practicae in Nosocomio.

*Intersunt Chirurgi omnes. — Assignata hora ante primam matutinam, pulsante campana diebus extraordinariis.*

Quae rationes sapientissimum Senatum adegerunt, ut scholam Medicinae practicae in Nosocomium induceret, eae etiam chirurgicae huic eodem in loco originem dedere, quae, decreta anno MDCCLXIII. IV. Non. Aug., Professorem obtinuit ineunte anno MDCCLXV. Ipse scholae titulus satis indicat quid munieris Professori imponat, quid scholaribus praestet utilitatis. Rationem tamen ipsius exercendae enucleatus Triumviri Constitutione sua explicuerunt anno MDCCLXV. VI. Id. Januar. — I. Professori in album Gymnasii relato aliorum Professorum immunitates et jura communia sint. Laureis praebendis in utroque Collegio, et Chirurgis licentiandis intersit. Immo nemo Chirurgus probari possit, qui illum biennio assiduus non audierit, ab eoque non retulerit diligentiae suaee testimonia. Semel quotannis mense Novembri disputet e suggestu in aedibus Gymnasii. — II. Sex habeat semper in Nosocomio aegrotos curandos (quibus tamen quatuor additi sunt Constit. Triumv. MDCCLXXI. XV. Kal. Maji), eos invisat quotidie, ipsisque coram scholaribus artis suae praesidia praebeat. Postquam autem aegrotos inviserit, in destinato loco apte disserat de ipsorum morbis et curatione. Singulis annis vero tempore Carnisprivii in aula Nosocomii cadavera secat, atque ad exemplum chirurgicas operationes in cadaveribus oculis subjiciat. — III. Ipsi aegrotos invisenti praesto sit loci Pharmacopola et aegrotorum curator, ex eo discant, quaenam cibi et medicamentorum ratio sit iis aegrotantibus adlibenda. Quae vero medicamenta in Nosocomio publicis impensis non ministrantur, aere suo Professor sufficiat, cuius oneris ratio habeatur in ipsius stipendio constituendo. — IV. Cum hujusce artis usus plurima postulet, eaque non communia, culrorum articia, ea sibi Professor comparet, quae cum ad successores pervenire debeant, Magistratui sistat, qui de ipsorum existentia et perfectione cognoscat. Scholae huic Adjutor datus est XIII. Kal. Jun. MDCCLXV. flor. LXXX., atque electus *Matthaeus Bombarda*, cui immature vita functo successit MDCCLXXXIII. Non. Martii *Carolus Naliato* Patavinus, probatae famae Chirurgus.

MDCCLXV. Non. Jun. *Joannes Sograffi* Cretensis conductus est flor. D. Ter autem confirmatus annis MDCCLXXIII. IV. Non. August., MDCCLXXX. IX. Kal. Jun., et MDCCLXXXVII. IV. Non. August., nunc meret floren. MC.

Ipsæ vero et omnia diligentissime curat quæ ad juvenum institutionem pertinent, et cum chirurgicam simul et medicam artem calleat, summa cum opinione et optimo exitu utramque adhibet potentibus. Interim etiam doctrinæ suæ famam caeteris gentibus et immortalitati commendat doctissimis scriptis, quæ vel Patavina Academia in Acta sua retulit, vel ab eo emissa sunt, quorum ad hunc diem tituli:

*Dissertazione sul polipo del naso.* Padova 1760, per li Conzatti.

*Exercitatio anatomico-chirurgica habita VII. Id. Decemb. MDCCLXV., in qua theoria lymphæ ductuum ex observationibus Hunteri, Monrei et propriis exponitur, et ad praxim chirurgicam refertur.* Patavii 1766, typis Cominianis.

*Dissertazione sopra il quesito:* « Se, nel caso di sicurezza del Medico che » vi sia raccolta di marcie in qualche parte del corpo, convenga l'uso della chi- » na-china. » Presentata al concorso dell'anno 1777, e qualificata col primo ac-cessit dalla Reale Accademia di Scienze e Lettere di Mantova. Mantova 1779, per l'erede di Alberto Pazzoni.

## Schola Obstetriciae.

*Assignata hora tertia matutina diebus extraordinariis.*

Ars quæ parientibus opem affert, et foetus simul et matres servans feliciorem humani generis propagationem tuetur, inducta fuit in Gymnasium anno MDCCLXIX., auctore Aloysio Calza, qui, cum scholam regeret de morbis mulierum, puerorum et artificum, operam suam in re hac ultro obtulit Magistratui. Itaque eodem anno III. Non. Jan., illius consilio probato, decreverunt Triumviri, ut schola haec privata ratione et Itala lingua exercenda aperiretur, quæ, quamdiu vixit, ipsi veluti accessio muneris commissa fuit. Hinc ad formas, exemplaria et fictas imagines acquirendas, quæ faciliori institutioni inservirent, flor. ipsi DC. in annos tres distributos, ex aerario Gymnasii erogari, jusserunt. Igitur industrius vir plures formas arte perfecta elaboratas collegit, quæ expressos referrent foetus, qui in utero materno enutriti sensim singulis usque ad numerum mensibus adolescentes maturescunt; tum multiplices ipsorum positiones, variosque modos quibus in lucem egressuri sese vestibulis offerunt, unde tam absimilis, multisque et sibi et matribus reserta periculis extat eos emittendi, in lucemque prodeundi. Hisce praesidiis Professoris industriae et doctrinæ consociatis, quæ multiplices obvenientes casus oculis subjiciunt, edocti Chirurgi

manus et ars a fictis imaginibus ad rem et veritatem quodammodo traducuntur, quae tamen si quando usui et perfectae cognitioni non omnino sufficere videantur, facultas sit Professori veritatem ipsam in sectis cadaveribus ostendendi, quae ideo petenti a Nosocomii Praesidibus praebeantur. Itaque qui scholares in hac arte potissimum erudiri et probari cupiant publicam doctrinæ suæ rationem reddant, examenque nullis sumptibus subeant, in quo Anatomes Professor eos de signis interroget virginitatis, sterilitatis, graviditatis; Chirurgus de varia ratione qua foetus in utero morantur vel exeunt, et de auxiliis parituri serendis; Medicus demum de victu, regimine, medicina puerperis adhibenda. Qui vero probati ex hoc artis et doctrinæ periculo exierint, publica a Gymnasi Cancellario testimonia obtinebunt, quae facultatem et jura tribuent obstetriciae artis ubique exercendae. Hoc autem institutum adeo probatum fuit, ut ipse gravissimus Magistratus, qui sanitati tuendae Venetiis praeest, summam rei utilitatem ratus ad Senatum retulerit de schola hac aperienda etiam mulieribus, quae vel Patavii vel in agro Patavino parentibus operam navant, et obstetriciam artem proflentur. Igitur anno MDCCLXXIV. VI. Kal. Aug. decretum est, ut sex ex agro Patavino mulieres tribus hibernis mensibus Patavii alerentur quotannis publicis sumptibus, illarumque in obstetricia arte instituendarum munus ad Professorem *Calza* pertineret. Eo autem vita functo, antequam successor daretur, ne interim campestribus mulieribus institutio deesset, placuit Senatui, anno MDCCLXXXIV. prid. Non. Octob., eam *Petrus Sograffi* tamquam privato Doctori committere, eodem stipendio argent. CL. quod Professori *Calza* hoc nomine solvebatur. Triumviri etiam anno post cogitaverunt de arte obstetricia a schola illa sejungenda, cui fuerat adjuncta, et privato Magistro committenda, qui in eam tradendam unice incumberet. Itaque

MDCCLXXXV. VI. Id. Jun. *Petrus Sograffi* Cretensis, Joannis Professoris filius, qui campestribus mulieribus erudiendis anno ante a Senatu electus fuerat, munus etiam a Triumviris accepit obstetriciae artis domi et privata ratione scholaribus tradendae, cum antea et Florentiae et Patavii a clarissimis viris et a patre institutus, plurima artis et doctrinæ et in hoc et in Chirurgia universa experimenta praebuisset. Stipendio ipsi a Senatu jam constituto addiderunt Triumviri flor. CC., Senatu annuente.

Antequam vero in publicam scholæ lucem prodiret, periculum de se fecerat Opusculis editis, quorum tituli:

*Saggio di riflessioni sopra l'amputazione dei membri.* Milano 1780, presso Giuseppe Galeazzi.

*Memoria sopra una singolare osservazione di una pietra formata intorno ad un corpo estraneo introdotto nella vescica orinaria di un uomo, ed estratta colla operazione dell'apparato laterale, secondo il metodo di M. le Cat, migliorato e corretto dal Prof. Francesco Pajola, con una Tavola indicante la pietra.* Padova 1782.

*Corso elementare dell'arte di raccogliere i parti, diviso in Lezioni.* Tomo I. Padova 1788, 8°

---

## DE HORTO MEDICO

---

Horti institutio ad annum MDXLV. referenda est, cum *Francisco Bonafe* Patavino, qui Simplicium virtutes in Gymnasio explicabat, auctore atque suasore, totaque petente Universitate, Senatus, Triumviris referentibus, constituit XVI. Kal. Aug., vel prid. Kal. Julii, ut Hortus fieret Botanicus medicis herbis colendis et conservandis. Itaque fundo intra Urbis moenia conducto a Monachis D. Justinae, ex elegantissima forma ab *Andrea Ricci*, celeberrimo illius aevi architecto, conditus est. Habes accuratam illius descriptionem in epistolis duabus, quas *Julius Pontedera* ad *Papadopoli* dedit, quasque hic inseruit in Historiae suae Tom. I. pag. 16, sive pag. 15, quibus addere licet epistolam a *Joanne Weslingio* Anatomes et Botanices Prof. *Petro Servio* data anno MDCXLVI. IV. Kal. Septemb., quam legimus apud *Tomasini* (*Comm. Gymn. Patav.* Lib. I. Cap. XXXII). Itaque, ne longius in iis quae cel. vir diligentissime praestitit, immoremur, monemus tantum Horti praefecturam et curationem saepius cum Simplicium schola conjunctam fuisse, sed aliquando etiam ab ea divisam. Scilicet Professor erat in Gymnasio, qui herbarum caeterarumque rerum quae ex vegetabili atque animali regno Simplicium nomine veniunt, naturam, medicam vim, ususque varios cognosceret, dum alias in Horto, qui Magister herbarius nuncupabatur, herbis ipsis curandis, custodiendis, excolendis laboriosam potius quam eruditam operam dabat. Id ad annum MDLXI. locum habuit, cum primum *Melchior Guillandini* utramque provinciam et Hortum curandi et herbarum virtutes explicandi suscepit; quod duplex munus omnibus qui in ejus locum venerunt, commune fuit ad annum MDCLXVI., quo iterum Horti praefectura a Simplicium schola dissociata est. Non eadem tamen fuit hujus dissociationis ratio,

quae antiquitus obtinebat. Horti enim Praeses, in Professores cooptatus, non herbarum culturam, sed cognitionem profitetur, omnesque amplissimae disciplinae partes complectitur, in quas Botanica distribuitur. Plantarum quidem et stirpium aptae culturae et custodiae liberaliter praeficitur, ejusque jussibus obtemperant rustici operarii tres, qui publicis stipendiis Horto excolendo elaborant: quorum primus, qui in Horti institutione argenteos exigebat LXXX., nunc obtinet CXX.; alter, adjectus anno MDXCIII. argent. LX., nunc meret LXXX.; tertius denique, curis et laboris auctis, datus est anno MDCCXLVIII. prid. Non. April., ipsique argent. assignati LX. Insuper annui argent. CC. Professori tribuuntur ex Triumviral. litteris MDCCXXXV. X. Kal. Maji et MDCCCLXIX. VI. Non. Oct., ad impensas, quas exoticarum stirpium inquisitio, inventio, cura et apta custodia desiderat. Itaque tot praesidiis Hortus noster, et formae elegancia, et subtractionum soliditate, et ornamentorum pulchritudine, et stirpium numero, et culturae diligentia, et riguis fontibus sursum miro artificio erumpentibus, mirificam jucunditatem cum utilitate conjungit, et dum Venetam munificentiam testatur, ex praecipuis est Gymnasii nostri decoribus et ornamentis. Quod vero ad tempus docendi pertinet, disciplinae hujus ratio, quae nisi virentibus herbis tradi commode potest, facile persuasit, in hac regione « nec ante » Kal. Majas, ut ait *Pontedera* (*Epist. apud Papadop. in Histor. Gymnas. Pat.* « Tom. I. pag. 15), quoniam stirpes nondum decorem suum et formam adeptae sunt, neque ab Idib. Junii, cum pluribus plantis tabefactis, illas ostendere in promptu haud esset, tradendae in Horto Botanicae opportunitatem esse. » Igitur Majo ineunte lectiones suas in Horto Professor aggreditur, quas ad Id. Jun. producit diebus omnibus qui in pagina ordinariorum titulo signantur, hora vigesima secunda. Sexies tamen quotannis in aedibus Gymnasii disserit, communice cum aliis Professoribus munere, quorum scholae extra Gymnasium excentur. Interim autem cum Hortus aperitur, silent scholae omnes in Gymnasio, venia per Pro-Rectores singulis annis a Triumviris petita: quodque superest scholastici anni tempus, et jucundissimae huic scientiae addiscendae, et scholarum examinibus obeundis reliquitur.

MDCCLVII. *Julius Pontedera* Pisanus, Horto praefectus ab anno MDCCIX. stipendio quod creverat ad flor. MCD., eximius in Botanica atque in omni litteratura vir, ut quae reliquit praeclarissima monumenta testantur, cuius laudes cum et luculenter et vere a *Papadopoli* (*Histor. Tom. I.*) et *Facciolati* (*Fast. Par. III.*) recenseantur, nos penitus omittemus. Nihil enim ius addi potest ex hoc etiam quod obiit hoc ipso anno MDCCLVII. III. Non. Septemb. Eo extuncto, dum

Professor quaereretur, Horti custodia *Petro Arduini Veronensi* commissa est, cuius opera *Pontedera* ipse saepius feliciter usus erat. Munus hoc retinuit novo etiam Professore advocate; sed cum ipse in re hac plurimum exercitatus majus aliquid praestare posse videretur, ad novam scholam regendam Agriculturae experimentalis, ut suo loco dicemus, deductus est.

Sunt *Pontedera* Opera edita:

I. *Julii Pontedera Pisani Philosophi et Medici Compendium Tabularum Botanicarum, in quo plantae CCLXXII. ab eo in Italia nuper detectae recensentur. Accessit ejusdem Epistola ad cl. vir. Guilielmum Gherardo Angulum, Botanicorum nostrae aetatis principem, in qua et de his et de aliis Tabulis alias edendis agitur.* Patavii, typis Seminarii, apud Jo. Manfrè, 1718, 4.<sup>o</sup>

II. *Julii Pontedera Pisani, in Patavino Gymnasio Botanicae Professoris, Anthologia, sive de floris natura, Libri tres, plurimis inventis, observationibusque, ac aereis Tabulis ornati. Accedunt ejusdem Dissertationes undecim ex iis, quas habuit in Horto publico Patavino anno 1719, quibus res botanica et subinde etiam medica illustratur.* Patavii, typis Seminarii, apud Joannem Manfrè, 1720, 4.<sup>o</sup>

III. *Epistolae duae de Horto Putavino ad Abb. Nicolaum Commenum Papadopoli.* — In Tom. I. pag. 14 et seqq. *Historiae Gymnasii Patavini etc.* Venetiis 1726, apud Sebastianum Coletti.

IV. *Epistolae ad Michaelm Angelum Tillio, in quibus praesertim agitur de Lapatho, de Acetosa, de Acrimonia Orientali.* — Leguntur in Catalogo plantarum Horti Pisani edito ab eodem Tillio. Florentiae, apud Tartinium et Franchium, 1727, pag. 177 et seq.

V. *Observationes aliquot Botanicae.* — Habentur nelle *Novelle della Repubblica delle Lettere*, quae Venetiis, typis Jo. Baptista Albrizzi, editae sunt; ac praecipue in Volumine anni 1731.

VI. *Notae et emendationes variae in Catonem, Varronem, etc.* — Insertae in Opere, cui titulus: *Scriptores Rei Rusticae veteres Latini, Cato, Varro, Columella, Palladius . . . . . Adjectae Notae virorum clariss. integrae . . . . . curante Jo. Mathia Gesnero.* Lipsiae 1735, 4.<sup>o</sup> Tomi duo.

VII. *Epistolae tres ad Auctores Rei Rusticae pertinentes.* — In eadem Gesneri editione, pag. xxxix, 1795, 128*f.*

VIII. *Antiquitatum Latinarum Graecarumque enarrationes et emendationes, praecipue ad veteris anni rationem attinentes, Epistolis LXVIII. comprehensae.* Patavii, typis Seminarii, apud Joannem Manfrè, 1740, 4.<sup>o</sup>

*Opera nondum edita, sed luce dignissima.*

I. *De cerealibus stirpibus.*

II. *De contemptu et negligentia comparandae Medicinae.*

III. *Animalia omnia et stirpes, genita, ac cuncta inter se contrariis misceri, quo speciosius divina potentia elucescat.*

IV. *Utiliores esse mortalium generi, magisque necessarias stirpes, quam animalia.*

V. *De agricultura a stirpium peritis inventa atque aucta; nullumque esse perfectum agricolam, nisi botanicum.*

VI. *De caedendae materiae tempestivitate.*

VII. *De Horto Patavino.*

VIII. *Qui in stirpium studio versantur, tam coelestium rerum contemplationi vacare, quam opem ferentes mortalium generi inservire.*

IX. *De commentitia stirpium foecundatione.*

X. *De botanicis C. Linnaei Institutionibus.*

XI. *Nullam esse botanices perfectam methodum.*

XII. *In animalium ac stirpium historia clarissime divinum Numen resulgere.*

XIII. *De utilitate animalium ac stirpium.*

XIV. *Quibus anni temporibus, mensibus, diebusque in Romana Republica Consules inire honorem solebant. Praemio donata ab Academia Literarum Parisiensi anno 1739.*

XV. *Quodnam fuerit et quale Romanae religionis institutum, Graecumne, an proprium ac patrum. Praemio donata ab eadem Acad. an. 1754.*

XVI. *De Graecorum πολιτείᾳ. Praemio donata ab eadem Academia Parisiensi anno 1756.*

MDCCLX. IX. Kal. Februar. *Joannes Marsili Venetus, Pontedera successor datus floren. CD., qui post trinas auctiones, anno MDCCLXXX. XIX. Kal. Januar., creverunt ad CML. Ipse ad scholam regendam accessit eruditionis et scientiae praesidiū omnibus munitus, quae longis sibi itineribus in Galliam et Angliam comparaverat; ex hoc etiam dignissimus qui Pontedera locum occupet, quod eximiae botanices scientiae nitidissimam stili elegantiam litterarumque omnium cultum adjungit. Id vero intelliges ex ejus scriptis, quae edita leguntur in Academiae Patavinae Actis, praeter Opusculum, cuius titulus est: *Fungi Carrariensis Historia. Epistola ad Ferdinandum Bassi Horti Medici Bononiensis exoticarum plantarum Praefectum.* Patavii, apud Jo. Bapt. Penada, 1766, 4°.*

## Schola Simplicium

cujus titulus bis mutatus, primum ad Historiam naturalem,  
nunc ad Materiam medicam inscribitur.

*Intersunt scholae Medici anni secundi. — Assignata hora prima pomridiana  
diebus ordinariis.*

Schola haec, ad quam celebrandam Hortus Medicus est institutus, ut Professor in Horto ea coli curaret, oculisque ostenderet simplicia, de quorum facultatibus ipsi erat in Gymnasio disserendum, mansit etiam postquam ab ea Botanices penitus sejuncta est. Sed cum herbis et stirpibus detractis, levior videretur, pro superiorum aetatum moribus et doctrinis, circa caetera simplicia occupatio, ea veluti exercitationis et experiundi gratia concedi coepit, ut qui in ea ingenii et sedulitatis argumenta praebuissent, ad majora subsidia proveberentur. Cum vero saeculo superiore inclinante ardentiissima ubique extiterit rerum naturalium scrutatio, eam hic privatis studiis persecutus est eques *Antonius Vallisnieri* theoricae Medicinae primae sedis Professor, qui ingentem sibi propriis impensis rerum naturalium copiam ad studiorum suorum adjumentum et usum comparavit. Haec collectio, quae publico etiam Musaeo constituendo non indecora videbatur, dono data Triumviris ab *Antonio Vallisnieri* filio, et in aedes Gymnasii inducta anno MDCCXXXIV., aptum ibi paratumque cum dignitate locum obtinuit. Tunc vero Musaeo custodiendo, et Principis liberalitate augendo *Vallisnieri* ipse praefectus est flor. CCC., addito onere de rebus his disserendi diebus extraordinariis. Itaque Botanica divisa, et schola hac instituta, Simplicium Professor supervacuus videri coepit, ideoque sublatus est MDCCXXXVIII. Scholae tamen ita quodammodo renovatae, atque in majore lumine positae, mansit aliquot annis antiquus in albo titulus, quo usque anno MDCCLX..... eo immutato, ad Historiam Naturalem inscripta est. *Vallisnieri* extincto, novem amplius annis locus sine successore extitit, et cum eum implendum Senatus constituit, visum est satius esse, penso leviter immutato, scholam a sterili naturalium rerum investigatione ad Medicinae utilitatem traducere. Igitur, ut scholae novus titulus sonat, qui nunc est ad Materiam medicam, impositum est Professori, ut de medicis facultatibus disputet quae naturalibus iusunt rebus ex uno quoque regno, ususque varios explicet quos Medicinae artibus praestare possunt. Interim Musaei custodia illi ipsi est demandata, scilicet *Joanni Fabris* Patavino,

viro perito et praeclara rerum naturalium cognitione, qui viventi adhuc *Vallisnieri* Adjutor datus erat anno MDCCLXIII. VIII. Id. Augusti, stipendio prius constituto flor. LXXII., qui ad CXX. aucti sunt anno MDCCLXXIII. IV. Non. Augusti. Mortuo *Vallisnieri*, longe adactis muneribus et Musaeum custodiendi, et inserviendi studiosorum hominum curiositati, ei flor. XXX. additi sunt litteris MDCCLXXVII. prid. Kal. Februar. Atque eo vita functo VIII. Id. Octob. anno MDCCLXXVIII. *Bartholomaeus Fabris* ipsius filius, juvenis probata in rebus naturalibus cognitione, munus a patre relictum suscepit salario non immutato ex litteris datis eodem anno XII. Kal. Decembris.

MDCCLVII. *Antonius Vallisnieri* eques, *Antonii Professoris* filius, scholae et Musaeo praefectus ab anno MDCCXXXIV. Non. Februar. stipendio prius tributo flor. CCC., quod quinques auctum, demum anno MDCCLXXIII. VIII. Kal. Septemb. crevit ad MC. Ipsius erit apud nos semper gratissima recordatio. Officiorum enim omnium diligentissimus, cum amplissimam possideret selectorum librorum copiam, haec non tam ipsius, quam amicorum fuit, qui plurimi semper extiterunt. Imo illum vel semel novisse sat erat, ut quoscumque ab eo libros fas esset petere et obtinere. Id autem sufficiat ad ipsius ingenium et iudicium dijudicandam; qui enim librorum colligendorum studio maxime delectantur, ii morosi plerumque et difficiles, nec injuria, in iis commodandis esse solent. Ut autem constantissimam in eo voluntatem ostenderet, curavit ne praeclara haec in studiosos homines merita angustis vitae spatiis terminarentur. Itaque antequam moreretur, libros omnes ad Naturalem Historiam pertinentes ingenti liberalitate publicae Patavinae Bibliothecae dono dedit, ut perpetuo discentibus utilitati et commodo essent; quare imaginem in Bibliotheca cum epigraphe obiuit. Obiit vir optime meritus anno MDCCLXXVII. Kal. Februar.

Leguntur ab eo editae Patavii diversis annis Acroases quinque, quas habuit cum initio litterarum anni scholae suaे sisteret.

MDCCLXXXVI. IV. Kal. Augusti *Angelus Co. Dalla Decima Cephalenius*, scholae titulis immutatis, accitus est ut de naturalium rerum facultatibus medicisque virtutibus disserat stipendio floren. CD. Notus ipse non Medicis tantum, sed et Mathematicis, quorum doctrinas, praesertim vero analyticas ingenti quodam ardore summoque praemio laudis excoluit. Scholam suscepit maxima diligentia, quod ex eo etiam conjicias, quod cum non magna sit apud nos librorum copia, quos duces sequi in facultate tradenda constituit, paginas identidem emitit, quae doctrinae capita summarim explicanda complectuntur. Sunt vero alia ipsius Opera ad hunc diem edita:

*De trium corporum celeberrimo problemate. Mathematica inquisitio ad Cl. P. D. Gregorium Fontana. Ticini Regii 1780, ex typogr. R. et I. Monasterii S. Salvatoris, per Josephum Bianchi, 8.<sup>o</sup>*

*Lettera scritta in Napoli li 18 Maggio 1784 al sig. Dott. Orazio Landellotti Principe di Marzano sul determinare il parametro delle sezioni coniche. Nel nuovo Giornale Enciclopedico di Vicenza per il Giugno 1784.*

*Lettera al sig. Ab. Giuseppe Toaldo sul moto di una verga inflessibile caricata alle due estremità di due corpi gravi, ed appoggiata colle estremità stesse a due scanalature formanti angolo. Nello stesso Giorn. per il Genn. 1785.*

*Prospectus eorum quae hoc anno publice tradet in Gymnasio Patavino. Patavii 1786, typis Joannis Antonii Conzatti, 8.<sup>o</sup>*

*Oratio habita in Gymnasio Patavino cum Materiam medicam tradere ingrederetur. Venetiis 1787, excudebant fratres Coletti, 8.<sup>o</sup>*

*Orationes duae. Prima habita in Gymnasio Patavino IX. Kal. Decembris anno MDCCCLXXXVI., altera habita in eodem Gymnasio IV. Kal. Maji anno MDCCCLXXXVII. Patavii 1788, typ. Jo. Antonii Conzatti, 8.<sup>o</sup>*

*Trattato di Materia medica del signor Guglielmo Cullen, tradotto dall' idioma Inglese nell' Italiano, e corredata di copiose note. Tomi due in 8.<sup>o</sup> Padova 1793, nella stamperia del Seminario.*

*Riflessioni sopra varii veleni, e sopra varie altre sostanze. Senza nome d'autore. Nella Raccolta Ferrarese d' Opuscoli scientifici e letterarii di chiarissimi Autori Italiani. Tomo XII.*

*Continuazione delle riflessioni sopra i veleni, ec. Nella Raccolta stessa. Tomo XIII.*

## Schola Agriculturae experimentalis.

Cum nihil sit Agricultura melius, nihil uberior, nihil dulcior, nihil homine libero dignius, ut Tullii verba usurpemus, mirum minime est si nostris hisce temporibus pax exopolitumque optimis disciplinis otium eam ubique tantopere celebrarint. Igitur si ex ea vires, divitiae et solida felicitas imperio paritur, ubique merebatur, ut ne rusticorum tantum inscitiae rudibusque ingenii ipsius fortuna et fatum reliqueretur. Hinc sapientissimo consilio Senatus constituit, anno MDCCCLXI. VI. Non. Maji, ut Agrariae disciplinae et schola et Professor daretur, qui in eam ornandam, excolendam, amplificandam totis ingenii viribus enteretur. Nemo tamen tunc electus est, tempore a Triumviris ad rem tantam

rite ordinandam et maturandam sumpto. Demum, anno MDCCLXIV. V. Kal. Martii, eam curam *Petro Arduini* Botanici Horti Custodi, ad tempus et experiundi gratia, Magistratus mandavit flor. CCC., ut re factoque ipso, non spe solum atque expectatione, instituti hujus commodum et utilitas commendaretur. Cum industrius vir et in hac arte peritissimus, munus exceperit ingenti studio et alacritate, obtulit Magistratui, anno vertente, plurimas plautas varii generis, et maturitatem apud nos consecutas stirpes, quae exteri tantum dissimile soli indigenae, vel nunquam vel minus feliciter apud nos adolescere credebantur; ex iis praecipue *Guadum*, *Indacum*, *Rubiam*, quae cum amplissimo sint usuitingentium artibus, apud nos exculta maximam praeseferunt utilitatem. Itaque sequenti anno Senatus, Triumviris referentibus, et rem et virum probavit. Anno autem MDCCLXVI. III. Id. Martii Triumvirum Constitutio scholae hujus rationem et Professoris munera tribus capitibus comprehendit. — I. Exercitationes suas domi et Italo sermone incipiet quotannis Aprili mense ineunte, in totumque Sextilem producit diebus ordinariis hora vigesima secunda. — II. Aget de vario soli ac terrarum ingenio, tum quoad fertilitatem, tum quoad rationem eas utilius tractandi, subigendi et stercorandi pro diversa cujusque indole et moribus. Indicabit quaenam stirpes in hac coeli temperie sponte orientur, quaenam procul accersitae tamen germinent et maturescant; tum rationem subjicit et tempora singularum semina parandi et spargendi, crescentes stirpes excolendi, et metendi maturas. Addet denique quinam usus, et quid utilitatis quaelibet communi vitae, artibus et commercio praestet. — III. Eam anni partem, quae scholae muneribus vacua est, experimentis et tentaminibus rite parandis et explendis insumet, cum praecipuum ipsi onus impositum sit, ut passim et quotiescumque prosperum quid eveniat, id Magistratui, veluti studiorum et tentaminum suorum fructum, subjiciat, ut re probata in lucem emittatur, communique utilitati uberiorique inserviat imperii felicitati. Eodem anno VI. Id. Junii septem fundi jugera intra Urbis moenia conducta sunt publicis sumptibus, quibus quinque empta accesserunt anno MDCCLXXI., et Professori tradita, ut ad scholae et experimentorum usum excolantur. Iusuper ibidem in vico *S. Crucis* extuctae aedes, quae et Professori domicilium praebeant, et rusticis operariis tribus, qui publico huic solo excolendo laboriosam operam praestant, quibus salarium assignatum, est viritim divideendum, flor. CC. ex Constitutionibus Triumvir. anno MDCCLXVI. VI. Id. Junii, MDCCLXVII. VII. Id. April., et MDCCLXVIII. XII. et X. Kal. Jun. Demum, anno MDCCLXXX. XIV. Kal. Febr., *Aloysius Arduini*, optimae spei juvenis, patri Adjutor datus est, ut quoties occasio postu-

let, paterque jubeat, vicariam operam praestet, tributis stipendii nomine annuis flor.....

MDCCLXV. III. Kal. Junii *Petrus Arduini* Veronensis, qui anno superiore experiundi gratia electus fuerat a Magistratu, cum votis felicissime respondisset, conductus est a Senatu floren. CD., qui bis aucti crevere ad DCC. anno MDCCLXXX. XIX. Kal. Januar.

Viri merita sunt, quod cum anno MDCCLXVIII. Principis jussu Venetas citra Mincium Provincias peragrasset rationes exploraturus ubiorem fovendi bonum armentorumque propagationem, suasque ipse cognitiones atque consilia per Magistratum, qui publicis macellis praeceps, obtulisset Senatui, argent. CC. obtinuissest testimonium laudis et meritorum; ex his aliisque ipsius scriptis, quorum specimen legimus in Diarii Italici tomo V., occasionem quodammodo arriput Senatus multa decernendi ad Agriculturam amplificandam perficiendamque utilissima. Anno enim MDCCLXX. et Magistratui qui praedia inculta curat, binos addidit Senatores gravissimos, quibus Agriculturae incrementa commendarentur; et Agrarias Societates in variis subjectis oppidis coegerit ad ditavit munifica liberalitate; facultatemque tribuit huic Magistratui, ut, quoties occasio ferat, Agronomi Professoris opera utatur. Non tamen ipse tunc solum publica peregit jussa. Namque anno MDCCLXXIX., jubente Censorum Magistratu, maritima littora prope Venetas diligenter invisit, herbasque omnes sponte ibi germinantes, quorum cineres vitris consciendis possent utiliter inservire, scrutatus est felicibus tentaminibus atque experimentis Senatui probatissimis, publicaque munificentia liberaliter muneratis. Denique universa Agricultura plurimas semper ex ipsius ingenio studiisque coepit utilitates, ut ex Operibus colliges quae passim iu lucem emisit, quorum syllabum ad hunc diem subjicimus, iis de more demplis quae in Actis suis habet Academia Patavina:

*Animadversionum Botanicarum Specimen.* Patavii 1759, ex typ. Conzatti.

*Animadversionum Botanicarum Specimen alterum.* Venetiis 1764, ex typographia Sausoniaua.

*Lettera al sig. Francesco Grisolini intorno alla coltura dei gelsi alla maniera Veronese.* Nel Giornale d'Italia per l'anno 1764, tomo I. pag. 89.

*Nuovo metodo di propagare i Gelsi.* Nel Giornale d'Italia per l'anno 1764, tomo I. pag. 188.

*Memorie d'osservazioni e di sperienze sopra la coltura e gli usi di varie piante che servono o che servir possono utilmente alla tintura, all'economia, all'agricoltura, ec.* Padova 1766, nella stamperia del Seminario.

*Modi per preparare la semenza onde preservare il frumento dal carbono, sperimentati ed esposti dal sig. Pietro Arduini Pubblico Professore d'Agricoltura nella Università di Padova. Venezia 1770, presso Benedetto Milocco. Opera pubblicata per comando dell'Eccellenzissimo Magistrato, come da Lettera 12 Settembre 1770.*

*Istruzione succinta del modo di coltivare il Napo selvatico. Nel Giornale d'Italia per l'anno 1775, tomo XI. Vi si leggono anche sei Lettere responsive dello stesso sig. Arduini, e quelle a lui scritte da chiaro soggetto sopra materie economiche.*

*Istruzione dei modi da praticarsi per coltivare il Kali, ossia Salsola-soda, erba comunemente nota col nome di Roscano, e di formarne la soda, cenere che impiegasi nella composizione dei vetri e dei saponi, ec. Estesa e stampata per comando dell'Illustrissimo ed Eccellenzissimo Magistrato de' SS. Onorandi Censori ed Aggiunto sopra l'arte vetraria, in esecuzione del Sovrano Decreto dell'Eccellenzissimo Senato 1.<sup>o</sup> Aprile 1780. Venezia, pei figli del su Antonio Pinelli Stampatori Ducali.*

## Schola Chymicae theoricae et experimentalis.

*Intersunt Medici anni secundi, qui libere eligunt, anni initio, vel hunc Professorem vel analyticum. — Assignata hora secunda matut. dieb. extraordin.*

Cum primum in Gymnasio anno MDCCXLIX. sermo de chymicis doctrinis moveri coepit, summa ipsarum jucunditas, saeculi mores et exterarum gentium exempla rem maxime commendarunt. Itaque Bartholomaeus Lavagnoli, Medicinae theoricae Professor secundus, additum onus suscepit eodem anno scientiae hujus tradendae diebus Dominicis, quam tamen ipse Medicinae tantum usibus aptavit, rerum earum tractationem omittens, quibus nulla foret cum Medicina communio. Haec scholae ratio atque hoc Lavagnoli munus mansit ad annum MDCCLX., quo decretum est, ut chymica scientia, ardentissimis ubique studiis novisque in dies inventis tantopere amplificata, proprium Professorem haberet, qui universas partes amplexus, ipsius fortunae et gloriae in Gymnasio nostro et tuendae et illustrandae studeret. Hinc IX. Kal. Februar. Marcus Co. Carburi Cephalenius ad novum munus obeundum accitus est. Sed eodem anno IX. Kal. Jun. jussus a Senatu, postquam scholae suae prolusisset, longum iter in Septentrionales oras suspicere publicis sumptibus, ut fodinas inviseret diversaque artifacia quibus exterae gentes in metallis fodendi solvendis, tractandis

utuntur, septennio absuit, siluitque tamdiu Chymicae vox in Gymnasio. Reversus anno MDCCCLXVII. omnia statim parari aptarique coepit sunt, quae absoluta scientiae hujus tractatio desiderat. Itaque XIV. Kal. Januar. decreverunt Triumviri, ut in conductis ad hoc aedibus absolutissimum Elaboratorium chymicum, multiplicibus furnis aptisque artificiis instructum, construeretur, cuius rationem omnem et formam ex Professoris autographo subjiciemus. Locus etiam iisdem in aedibus paratus est, ad commodum audientium usum, sedibus et tabulis in theatri formam dispositis, ibique statutis diebus Italico sermone schola exercetur, experimentis et tentaminibus additis quae traditas doctrinas fulciant, et rei ipsius naturaeque voce confirment. Ter tamen quotannis ipsi in aedibus Gymnasii e suggestu disserendum est, et ea theoreticae doctrinae capita uno veluti complexu offerenda, quae ex habitis exercitationibus et experimentis assurgunt. Ad experimentorum autem impensas, quae variae sunt, argentei C. in annos singulos tributi sunt litteris MDCCCLXVII. XIV. Kal. Jan., quibus CCX. addiderunt Triumviri MDCCCLXIX. prid. Kal. Mart., et MDCCCLXXI. IV. Id. Octob. Eadem litterae MDCCCLXVII. XIV. Kal. Januar. salarium constituunt floren. LX., quod Professor ei tribuat, arbitratu suo, quo Adjutore uti velit in experimentis obeundis.

**MDCCXLIX. XVII. Kal. Augusti** *Bartholomaeus Lavagnoli*, Medicinae theoreticae Professor secundus, jussus est, ut diximus, chymica etiam theorema Medicinae usibus accommodata diebus Dominicis tradere; tunc vero ipsi concessum, ut primarum sedium Professoribus juribus ac titulis aequaretur.

**MDCCLX. IX. Kal. Februar.** *Marcus Co. Carburi Cephalenius* accitus est ad universas Chymiae partes exercendas atque tradendas. Ipsius vel maxima laus est, quod cum Elaboratorio chymico extruendo praeesset, illud, ipso auctore aduce, et forma perfectum, et arte summa elaboratum, et multiplicibus furnorum artificiorumque rationibus omni ex parte absolutum, usibusque chymicis omnibus aptissimum evaserit. Scholam diligenter exercet, et in doctrina sua amplificanda atque illustranda constanter elaborat. Non est etiam praetereundum, non semel ipsum Venetias accitum esse, ibique ejus industriam in tormentis bellicis fundendis adhibitam maximae fuisse utilitati, ut viri summi Angeli Emo, Venetae classis in praedones Africanos ductoris, publicae litterae amplissime testantur. Illius stipendium, quod initio fuit flor. CC., bis auctum annis MDCCLXX. III. Id. Decemb., et MDCCCLXXXI. V. Non. Martii, nunc floren. constat DC. Quaenam autem per eum nobilissimae scientiae accessiones sint factae, praeter caetera ex scriptis ejus colliges, quae in Actis suis Academia Patavina vulgavit.

## Schola Logicae et Artis criticæ.

*Logicae, quae ad festa Natalitia exercetur, intersunt Juristæ et Artistæ omnes anni primi. — Assignata hora prima pomeridiana diebus ordinariis.*

*Arti criticæ post festa Natalitia intersunt Juristæ anni primi. — Assignata hora secunda matutina diebus ordinariis.*

Cum ars disserendi, quam *Logicam* appellamus, pro superiorum aetatum corruptis moribus sanissima disputandi ratione posthabita, qua lumen afferens disciplinis in omnes sapientiae partes manat et funditur, in tam subtilia et spissa disceptationum genera abiisset, tempusque tereret, et fatigaret ingenia in verborum ambigua quadam captione et praestigiis; visum est eam hac nostra actate ad pristina studia et utilissimum pensum esse revocandam. Hinc cum ipsa, siquidem in se atque ab aliis scientiis divulsa spectetur, ad pauca quaedam recte judicandi et disserendi clementa contrahatur, quae nec integrum annum possunt, nec totam unius Professoris industriam et curam insumere, decretum est, anno MDCCXXXIX. III. Kal. Septemb., ut clausis duabus scholis quas obtinuerat, Logica ipsa Metaphysicae accederet, cum eaque copularetur. Igitur Metaphysica quae eodem anno, invisis Thomistarum et Scotistarum vinculis effractis, jamdudum optatissima libertate laetabatur, comitem hanc libentissime complexa est, tulitque aequo animo, ut duorum Professorum, qui ipsi dabantur, labores et studia inter se et sociam justa portione dividerentur. Non tamen haec perpetua fuit societatis conjunctio. Cum enim anno MDCCLXI. ars critica se se offerret, quac suo veluti jure Professorem in Gymnasio petere videbatur, placuit Logicam a Metaphysica divelli; tuncque is, qui secundum Metaphysicac locum regebat, jussus est Logicam simul et artem criticam tractandam suscipere, dupli tamen penso ita diviso, ut ad festa Natalitia exactis annis, nunc vero ad ultimum Februar. diem, privatim Italo sermone Logicae initia atque elementa traderet; reliqua vero scholastici anni parte Artis criticæ praecepta publice atque e suggestu explicaret. Notandum etiam, quod cum Professor hic, quando Criticam publice tradit, cum Litterarum humauiorum Professore communes habeat scholares et docendi horas, ipsis imperatum est, ut doceant diebus alternis. Denique non praetereundum Professorem ipsum ab anno MDCCLXXX. IV. Kal. Septemb. in Theologorum Collegio Promotoris juribus ac titulis frui.

MDCCLVII. *Antonius Lavagnoli* Veronensis, *Bartholomaci* Professoris filius, hanc, quae Logica et Metaphysica loci secundi dicebatur, occupabat ab anno MDCCXLV. V. Kal. Febr., suspectus *Angelo Schiavetti* ad locum primum

migranti. Logica autem et Metaphysica invicem dissociatis, et Arte critica Logicae adjecta, utriusque diversis anni partibus tradendae munus *Lavagnoli* impostum ex Triumv. rescripto MDCCLXI. VI. Kal. Aug. Ipse vix juvenili emerserat institutione, cum ad docendi munus deductus est mira ingenii felicitate et doctrinae opinione jam confirmata. Illius autem schola maxima frequentia constantissime celebratur. Orationem enim rerum plenam et sententiarum mirifica quadam corporis et motuum eloquentia illustrat atque effert, uberioresque fructus doctrinae cum audientium jucunditate consociat. Opinionum controversias exercuit cum *Sibiliato* humaniorum Litterarum Professore, obtrectatione tamen atque animorum offensione remota. Hoc ideo innui, quod lites hae doctissimis scriptis originem dedere, quae ex utraque parte prodierunt. Stipendium ipsi initio constitutum est flor. CCL. Quinques vero ad hunc diem confirmatus, tandem ab anno MDCCLXXXVI. X. Kal. Januar., meret flor. MCC. Edidit:

*La Batracomiomachia d'Omero Greca, Latina, Italiana, con un Ragonamento sopra di essa.* Venezia 1742, presso Gio. Batt. Albrizzi q. Girolamo.

*Acroasis habita in Gymnasio Patavino Kal. Decemb. MDCCLX.* Patavii, ex typographia Penada.

*Cum criticae Arti proluderet, Acroasis.* Patavii, ex typ. Penada, 1762.

*De cognitione sui ad promovenda studia, Dissertatio.* Accedunt *Bovenalii Animadversiones in primam aetatem hominis.* Patavii 1764, apud Penada.

## Schola Logicae tantum Patavinis addicta flor. XX.

*Assignata hora prima pomeridiana diebus ordinariis.*

MDCCLVII. *Thomas Chiavellati* locum obtinebat ab anno MDCCL.

MDCCLXV. prid. Kal. Febr. *Alb. Zaramellini*, qui anno MDCCLXXVII. X. Kal. Decemb. ascendit ad scholam secundam Philosophiae.

MDCCLXXVIII. XII. Kal. Febr. *Adrianus Amai de Dondi dall'Orologio*, cui non semel commissum est, ut *Lavagnoli* vel absentis vel non firma utentis valetudine vicibus in logico munere fungeretur, et scholaribus audientibus scho-  
lae testimonia ad lauream capiendam tribueret.

## Schola Humanitatis Graecae et Latinae.

*Intersunt Juristae anni primi. — Assignata hora secunda matutina diebus ordinariis.*

Rhetorica ab anno MDCXL. unicum in Gymnasio obtinet Professorem, gemina schola eo anno in unam contracta. Cum enim tunc *Octavius Ferrari* primae sedis Professor, vir summi nominis et omnimodae eruditio*nis*, *Caterro Diamantino* Rhetore loci secundi e vivis erepto, solus relictus utramque provinciam suscepisset, Graecae Latinaeque Humanitatis tradendae exemplum prae*buit*, quo in posterum unius hominis cura toti huic oneri sustinendo par esse judicaretur. Illud tamen provisum est, ut Professor intimorem tantum eruditio*nem*, et eloquentiae et poësis exquisitoria prae*cepta* in Graecis litteris persequeretur, dempto onere, antiquis temporibus imposito, Graecae linguae elementa explicandi, et commisso Professori ad id destinato, ut mox dicemus. Monendum denique Professorem hunc post Kal. Martias alternis docere cum Professore Artis criticae; eadem enim hora iudemque scholares utriusque assignati.

MDCCLVII. *Jo. Antonius Volpi* Bergomas, ex Philosophia ad hunc locum, ipsius naturae et ingenio magis accommodatum, migraverat anno MDCCXXXVI. mense Decemb. stipendio suo flor. CCCLXX., quod dein crevit ad DC. Quae de eo dici possunt, paucis quidem, sed apte *Facciolati* comprehendit hic verbis (*Fast. Part. I. pag. 63*): « Morbo diurno tentatus, quem ipse quoque in suis „Operibus memorat, locum tamen retinuit magnis fultus et meritis et patroci- „niis. Tandem cum ad pristinam valetudinem rediisset, non solum scholam stre- „nue rexit, sed plurima scripsit ligata solutaque oratione; Catullumque et so- „cios ejus Tibullum ac Propertium commentariis copiosissimis illustravit. » Cum autem convaluisset quidem, sed valetudine tamen uteretur non satis firma, viro in litteris celeberrimo concessum est, Triumvir. rescripto MDCCXL., ut diebus ordinariis alternis tantum doceret. At cum ne huic quidem oneri vires in dies deficientes sufficerent, tandem, anno MDCCLX. IX. Kal. Februar., Professoris emeriti titulo ei attributo, reservatoque stipendio, et in albis Gymnasii loco, annuit Senatus, ut schola omnino abstineret, aliasque in ejus viventis locum sufficeretur. Itaque in hoc honesto senectutis otio vixit ad annum MDCCLXVI., quo mortuus est VIII. Kal. Decemb., postquam erudita ipsius exquisitique sermonis edita scripta immortalitati nomen commendaverant. Edidit enim:

*Catulli, Tibulli et Propertii Carmina ex recensione Jo. Antonii Volpi*,  
cum ejusdem observationibus. Patavii, apud Josephum Corona 1710, 8.<sup>o</sup> maj.

*Vita Andreae Navagero.* Extat in Operibus ejusdem editis a Comino, 1718, 4.<sup>o</sup>

*Vita Jacobi Sannazaro.* Extat inter Carmina ejusdem typis impressa a Comino, 1719, 4.<sup>o</sup> Edita iterum sicut Amstelodami cum iisdem Carminibus variorum notis illustratis, 1728.

*Vita del Cav. Sertorio Orsati.* Extat in Parte II. libri cui titulus: *Marmi eruditii ec. Patavii, apud Comino, 1719.*

*Discorso accademico, che le donne non debbano ammettersi allo studio delle Lettere.* Ibidem 1723, 4.<sup>o</sup>

*Opuscula varia ligata et soluta oratione scripta.* Ibid. 1725, 4.<sup>o</sup>

*Orationes duae; scilicet de coeli natura et substantia, et Academicorum et Scepticorum Philosophiae rationem non esse in Physica omnino repudiandam.* Ibid. 1732, 4.<sup>o</sup>

*Opere varie Latine ed Italiane.* Ibid. 1735, 4.<sup>o</sup>

*Dialogo di Zuccheria Scolastico, Vescovo di Mitilene, intorno la fabbrica del Mondo, contro quei Filosofi che la eternità gli attribuiscono, fedelmente dal Greco originale nella Toscana favella recato, e con eruditissime annotazioni illustrato.* Si aggiungono due *Ragionamenti filosofici Latini* dello stesso Traduttore, l'uno *del vuoto*, l'altro *del luogo*, corredati di osservazioni e spiegazioni. Di più la sua *Orazione nell' ingresso alla lettura*, ristampata. Oltre a ciò un nuovo libro di *Poesie Latine*, e le *Rime* del medesimo. In fine di tutto un *Saggio delle Poesie Toscane del sig. Co. Alfonso Aldrichetti Patrizio Padovano.* Ibid. 1735, 4.<sup>o</sup>

*Catullus cum Jo. Antonii Volpi commentariis.* Ibid. 1737, 4.<sup>o</sup>

*Oratio habita in Gymnasio Patavino cum tractanda Philosophia ad politiorem humanitatem exponendam translatus esset.* Ibid. 1737, 4.<sup>o</sup>

*Acroasis de Tragoedia.* Ibid. 1740, 4.<sup>o</sup>

*Rime. Edizione seconda accresciuta ed illustrata.* Ibid. 1741.

*Carmina. Editio secunda aucta.* Ibid. 1742, 8.<sup>o</sup>

*De utilitate Poëtices.* Ibid. 1743, 8.<sup>o</sup>

*De Satyra.* Ibid. 1744, 8.<sup>o</sup>

*Opuscula philosophica.* Ibid. 1744, 8.<sup>o</sup>

*Tibullus cum Jo. Antonii Volpi commentario.* Ibid. 1749, 4.<sup>o</sup>

*Divinatio in Diptychum olim Quirinianum, nunc Vaticanum.* Ibidem 1750, 4.<sup>o</sup>

*Oratio pro facultate poëtica.* Ibid. 1750, 8.<sup>o</sup>

*Sextus Aurelius Propertius . . . et in eum Jo. Antonii Volpi animadversiones perpetuae.* Ibid. 1750, 4.<sup>o</sup>

*Polinnia, ovvero i frutti della solitudine, Stanze.* Ibid. 1751, 8.<sup>o</sup>

Recenseri possunt inter Volpi Opera ejus *Notae in Dantem, in Zachariam Scholasticum, Epistolae, Praefutationes,* et alia hujusmodi plura, quibus ornare ipse solitus erat libros a Comino impressos.

Multa et ipse inedita reliquit, et praesertim Carmina tum Italica, tum Latina, quae, nescio quo misero Litterarum fato, periisse creduntur. Extat tamen apud eruditissimum virum Josephum Gennari, cui maxime acceptum referimus quidquid de Volpi memoriae prodidimus:

*Lettera sopra il Sonetto del Petrarca: Gloriosa Colonna ec., con altre cose lette nell'Accademia dei Ricovrati.*

MDCCLX. IX. Kal. Februar. *Clemens Sibiliato Venetus Volpi* viventi successit stipendio flor. CD., qui tribus auctionibus attributis, anno MDCCLXXXI. V. Non. Mart., crevere ad CML. E prima statim präelectione, quam habuit maxima frequentia eodem anno III. Kal. Maji (in qua egit de Humanitatis studiis protrahendis postquam sublimiorum scientiarum curricula confecta fuerint), facile intellectum est quantam ingenii soecunditatem celeritatemque ad scholam optime regendam attulerit. Multa scripsit Italica et Latina lingua, multa soluta et ligata oratione, sed in quibus omnibus idem elucet versatile ingenium, varium, uberrimum, quod omnia eruditionis sermonisque floribus illuminat atque distinguit. Praeter eos libros, quorum titulos de more subjiciemus, ipsius etiam Dissertationes invenies in Actis Academiae Patavinae, in quam ab origine est cooptatus. Edidit:

*Nella gloriosissima Laurea in ambe le Leggi di S. E. il sig. Ab. Carlo Rezzonico* (poi Cardinale). *Stanze a S. E. il sig. Cardinale Carlo Rezzonico Vescovo di Padova* (poi Clemente XIII). Padova, nella stamperia del Seminario, 1745, 4.<sup>o</sup>

*Sanctissimo D. N. Benedicto XIV. Pont. Max. Epistola data prid. Non. Febr. MDCCL.*

*Saggi di Discorsi per ciascun giorno della Quaresima, del sig. Ab. di Breteville, tradotti dal Francese.* Tomi 2. Padova, nella stamperia del Seminario, 1750.

*All'Eminentissimo e Reverendissimo signor Carlo Cardinale Rezzonico Vescovo di Padova, Rime gratulatorie pel suo felice ritorno al suo diletissimo Gregge.* Padova, nella stamperia del Seminario, 1751, 4.<sup>o</sup>

*Principii di Religione, ossia Preservativo contro la incredulità, recato dal Francese nell'Italiano.* Padova 1753, 8.<sup>o</sup>

*Nel faustissimo giorno della solenne consecrazione dell'Illustrissimo e Reverendissimo Monsignore Santi Veronese (poi Cardinale) Vescovo di Padova, Stanze.* Padova, nella stamperia del Seminario, 1758, 4.<sup>o</sup>

*Oratio in funere Benedicti Papae XVI., habita in Æde Cathedrali Patavina IV. Id. Majas.* Patavii 1758, typis Seminarii, 4.<sup>o</sup>

*De eloquentia Marci Foscarini Venetorum Ducis.* Patavii 1765, ex typographia Seminarii, 4.<sup>o</sup>

*Per le faustissime Nozze di S. E. il Nob. U. Alvise Pisani con S. E. la N. D. Giustiniana Pisani. Poemetto in ottava rima.* Padova 1770, nella stampperia Penada, 8.<sup>o</sup>

*Dissertazione sopra il Quesito. « Se la Poesia influisca nel bene dello Stato, e come possa essere oggetto della Politica. » Presentata al Concorso dell'anno 1770, e coronata dalla Reale Accademia di Scienze e Belle Lettere di Mantova.* Mantova 1771, per Alberto Pasconi, 4.<sup>o</sup>

*Commentarium de vita ac studiis Josephi Torelli Veronensis. Praemititur Operibus Archimedis ab eodem Torelli in Latinam linguam versis, doctisque animadversionibus illustratis, quae edita prodibunt typis Academiae Bononiensis.*

## Schola linguae Graecae, Hebraicae, caeterarumque Orientalium, a qua nunc Orientales linguae detractae sunt.

*Intersunt Medici anni primi. — Assignata hora ante primam matutinam pulsante campana diebus extraordinariis.*

Elementaria Graecae linguae traditio Humanitatis Professoribus, ut supra innuimus, antiquitus demandabatur. Sed cum Humanitatis schola unica evassisisset, Gymnasiique decus atque utilitas postularet, ut in tantis linguarum studiis Hebraicae etiam linguae aliarumque Orientalium cognitio et cultus non deesset, placuit Senatui anno MDCCCLXIV. V. Id. April., ut hoc onere a Litterarum schola detracto, appositus Professor advocaretur, qui in exteris hasce linguas tradendas incumberet. Postquam vero Professor ad novam scholam regendam tunc electus cessit fatis anno MDCCCLXVI., Senatus X. Kal. Junii, Triumviris

referentibus, constituit, ut Orientalibus linguis detractis, Graeca tantum et Hebraica relinqueretur, cum difficillime admodum sit (decreti verba) virum unum invenire, qui universas simul calleat quantum Gymnasi dignitas decusque poscit. Igitur ab eo anno schola inscribi coepit ad linguam Graecam et Hebraicam.

**MDCCLVII.** *Michael Angelus Carmeli Taurisanus*, ex Minoritis quos Observantes vocant, novae scholae exercendae munus suscepere anno MDCCXLV. V. Kal. Febr., tributo stipendio flor. CL., quod post trinas confirmationes, anno MDCCLXV. V. Id. Maji, crevit ad DL. Ipse statim in Theologico Collegio jura et Promotoris locum obtinuit, quod successoribus etiam concessum est anno MDCCLXXX. IV. Kal. Septemb. Quamdiu vixit, ingentem sibi famam comparavit; valuit enim plurimum ingenio, memoria, eruditione, Orientalesque linguas non ad ostentationem et jactantiam profitebatur, sed intimius et optime pernoscebat. Vir pro vitac ratione, quam a juvenilibus annis amplexus erat, a deliciis abhorrens, rerumque omnium pauperiem assuetus pati, stipendio suo constantissime usus erat in paranda locupletandaque Coenobio suo Bibliotheca, quae cum adeo excrevisset, ut publico patrocinio non indigna videretur, ipse Triumviris auctor fuit, ut in gravissimi Magistratus fidem ac tutelam reciperetur anno MDCCLXII., D. Marci effigie et epigraphe inscripta quae id nunciaret. Itaque eo mortuo Magistratus constituit, ut imposterum aliquis semper ex eadem Familia eligendus et a Triumviris confirmandus, praesit Bibliothecae, quae et publica sit, et binis cujuscumque hebdomadae diebus idecirco accendentibus patere debeat. Obiit vir clar. anno MDCCLXVI. XVIII. Kal. Jan. postquam edidisset:

*Ragionamento sopra il fenomeno apparso la notte del dì 16 Dicembre 1737.*

*Tragedie di Euripide intere quindici, Frammenti ed Epistole illustrate di annotazioni al testo Greco, e alla traduzione alla Vita di Euripide. Tomi 20 in 8.<sup>o</sup> Padova, nel Seminario, 1743 e seguenti.*

*Storia di varii costumi sacri e profani degli antichi fino a noi pervenuti.* Tomi 2. Padova, nel Seminario, 1750. Si aggiungono al Tomo secondo due *Dissertazioni sopra la venuta del Messia.* — La stessa, presso Simone Occhi, 1761, 8.<sup>o</sup> Si aggiungono al fine del secondo Tomo due *Dissertazioni*, una *Sopra la pompa funebre del Serenissimo Doge di Venezia*; l'altra: *Spiegazione perchè Omero chiama Nettuno Enosigeos.*

*Pro Euripide et novo ejus Italico interprete Dissertatio P. Carmeli Sac. Theol. Doct. et in Gymnasio Patavino Pub. Professoris. Patavii 1750, ex typographia Seminarii, 8.<sup>o</sup>*

*Il Pluto, ossia il Dio della ricchezza, Commedia d'Aristofane.* Venezia,  
presso Gio. Batt. Albrizzi, 1751, 8.<sup>o</sup>

• *Dissertazioni*, cioè: I. In forma di lettera si spiega un luogo di Erodiano, e si mostra simile all'Apoteosi degl'Imperatori Romani la pompa funebre nella morte del Doge di Venezia. — II. Si spiega a proposito del terremoto di Lisbona la voce *Enosigeos*, con cui Omero chiama Nettuno *scuotitor della terra*. — III. Sopra l'oggetto della Poesia lirica. Padova 1756, nella stamperia del Seminario, presso Giovanni Manfrè.

*Spiegazione dell'Ecclesiaste sul testo Ebreo, ossia la normale dell'umano vivere insegnata da Salomone.* Venezia, presso Baglioni, 1765, 8.<sup>o</sup>

*Il Filolipo con varii altri Sonetti.* Bassano, per Remondini, 1765, 8.<sup>o</sup>

*Spiegazione della Cantica sul testo Ebreo.* Venezia, presso Gio. Battista Recurti, 1767, 8.<sup>o</sup>

*Risposta ad una Lettera, in cui gli viene domandato il suo sentimento sopra un'Opera scritta in Verona, intitolata: Animadversiones in Hebraicum Exodi Librum, et in Graecam LXX. interpretationem.*

MDCCLXVII. VI. Kal. Aug. *Melchior Cesarotti*, origine Parmensis, electus decreto Triumvirali, conductus autem a Senatu est anno post Kal. Decemb., ut Graecam et Hebraicam linguam profiteretur ac traderet, constitutis stipendiis nomine floren. CCCL., qui bis aucti ad DCCX. devenere anno MDCCLXXXI. XV. Kal. Septemb. Illi vero non unicum munus demandatum, tenue quidem, nec sublimissimis ingenii viribus omnino par, linguarum Grammaticam privatim explicandi, et sexies singulis annis publice alternis disserendi de Hebraica Graecaque lingua; sed illud longe maximum adjectum, ex Triumvir. rescriptis MDCCLXVII. VI. Kal. Aug. et MDCCLXXI. XV. Kal. Maji, ut celeberrimos Graecos auctores, a Demosthene incipiendo, in Italicum sermonem verteret, aptisque commentariis, ad grammaticam, eloquentiam, eruditionem, philologiamque universam pertinentibus, locupletaret. Cum vero prima Demosthenis versio eruditorum hominum votis cumulatissime respondisset, annuerunt Triumviri, rescripto MDCCLXXVIII. V. Kal. Junii, ut mox ex Graecis auctoribus cujusque aevi, qui eloquentia floruerunt, orationes et locos vertendos excerpteret arte et utilitate praestantiores, quod Opus in plura volumina distributum *Cursus Graecae Litteraturae* inscriberetur; deinde ad Homeri Iliadem transiret Italicis numeris modulandam, et copiosissimis illustrandam disquisitionibus et commentariis. Denique Graecorum theatra, aliaque poësis genera attingeret, eaque eligeret in unoquoque quae vel integra, vel summatim exhibenda esse viderentur. Itaque

ad hunc, quo scribimus, diem et Demosthenes, et ex Graecis oratoribus nobiliores, et Homerica volumina tria, quae prodierunt, adeo doctis eruditisque viris probata sunt, ut omnes nihil omnino ad ingenii subtilitatem, ad eruditionis ubertatem, ad praceptorum utilitatem, ad artis peritiam, ad sermonis laetitiam et lumen desiderandum esse fateantur. Caeterum ipsius labor et studia non hiscetantum limitibus, qui tamen amplissimi sunt, continentur. Alia habes vel in Actis Academiae Patavinae, quae sibi eum ab institutione a secretis elegit, vel separatim ab eo edita scripta, in quibus eadem constanter eminet et mira ubertas ingenii, et sublimis sermonis vis, nobilitas et ornatus. Operum autem tituli sunt:

*Il Cesare, e il Maometto, Tragedie del sig. di Voltaire tradotte in verso Italiano, con alcuni Ragionamenti del Traduttore.* Venezia 1762, presso Gio. Battista Pasquali. — Le stesse, nel *Teatro del sig. di Voltaire*. Ivi. I Ragionamenti furono tradotti in Tedesco dai Giornalisti dell'Aja.

*Il Genio dell'Adria. Poemetto per l'assunzione al Dogado del Serenissimo Principe Marco Foscarini.* Venezia 1762. — Lo stesso, con altre Rime dell'Autore, nella Raccolta degli Arcadi.

*Poesie di Ossian trasportate in verso Italiano, con varie Osservazioni del Traduttore.* Tomi 2. Padova 1763, presso Giuseppe Comino, in 8.<sup>o</sup> — Le stesse, edizione corretta e compiuta dall'Autore. Tomi 4. Padova 1772, presso Giuseppe Comino, in 8.<sup>o</sup> — Le stesse, stampate in Nizza 1780, presso la Società Tipografica. Tomi 3 in 12.<sup>o</sup> In questa terza edizione si trovano le Osservazioni della prima, ommesse nella seconda, e le Varianti.

*Oratio habita in Gymnasio Patavino cum Graecae et Hebraicae linguae tradendae auspicaretur.* Patavii 1769, typis Jo. Baptista Penada.

*La Semiramide del signor di Voltaire tradotta in verso sciolto Italiano.* Firenze 1771. — La stessa, nel *Teatro del sig. di Voltaire*. Venezia.

*Opere di Demostene.* Tomi 6. Padova 1774, presso Gio. Batt. Penada, 8.<sup>o</sup>

*CORSO di Letteratura Greca.* Tomi 2. Pad. 1781, presso G. B. Penada, 8.<sup>o</sup>

*Saggio sopra la Lingua Italiana.* Padova 1785, presso Gio. Batt. Penada.

*L'Iliade d'Omero recata in verso Italiano, e illustrata con una serie di Osservazioni.* Tomi 2, Vol. 3. Padova 1786, presso il Penada.

*Ragionamento recitato nell'Arcadia di Roma in una pubblica radunanza, in occasione che nella Sala del Serbatojo si esponeva un ritratto dell'Autore, denominato fra gli Arcadi Meronte.*

*La Fenice,* con altri Apologhi, ed altri componimenti in prosa e in verso stampati in varie occasioni.

## Schola Analyseos.

*Intersunt Medici anni secundi, quorum arbitrio relinquitur decernere scholastici anni initio, utrum hunc audiant Professorem an Chymicum. — Assignata hora secunda diebus extraordinariis.*

Cum Analysis, sive ars supputandi, felicibus nostrarum aetatum studiis ad nobilissima sublimioris Geometriae arcana deducta, adeo excreverit, novis locupletata inventis et artificiis, ut amplissimam per se scientiam constituat nullis omnino finibus terminatam, Senatus anno MDCCXLI. scholam instituit, Professoremque advocandum decrevit, qui eam, a mathematico penso detractam, apposite traderet. Decennio tamen vacua fuit, donec tandem anno MDCCLI. Professor electus est. Sed cum hic jussus esset singulis annis Euclideorum etiam elementorum explicationem absolvere, intellectum est tempus ipsi atque otium Analyseos pro dignitate excolendae atque tradendae facile defuturum. Hinc, anno MDCCCLXVIII. X. Kal. Octob., statutum est, geometrica Euclidis elementa privato Doctori esse committenda, sublimi Geometria per Analysim pertractanda huic Professori reicta. Sed nescio quo fato anno post, scilicet anno MDCCCLXIX. VIII. Id. Septemb., clausa schola est, illius penso inter Mathematicum at Astronomum diviso. Duorum tamen annorum experientia compertum est Gymnasii decori et scholarium utilitati et amplissimae scientiae incrementis nimis officere, si Analyseos tractatio mathematicis et astronomicis doctrinis per se satis amplis tanquam accessio conjungeretur. Propterea, Senatus decreto anno MDCCCLXXI. XIV. Kal. Octob., schola restituta est, quae tamen biennio post solum Professorem obtinuit.

MDCCCLVII. *Hieronymus Co. Rinaldi* Forojuliensis scholam regebat ab anno MDCCLI., stipendio prius constituto flor. CCL., et post binas accessiones, anno MDCCCLXIV. VII. Id. Jun., aucto ad DC. Analysim et Geometriam summa diligentia excoluit ac tradidit ad annum MDCCCLXIX., quo VIII. Id. Sept. clausa schola vacandi veniam obtinuit, condonatis annuis flor. CCCLX. in reliquum vitae tempus viro optime merito, qui etiam scriptis editis nobilissimam scientiam amplificaverat. Cum aliquot annis ante Canonicorum coetui Ecclesiae Utinensis adscriptus esset, ipse missione impetrata Utinum concessit, ibique scholastica munera cum ecclesiasticis commutavit. Edidit: *Hieronymi de Rinaldis Com. et Nob. S. R. I. Exercitationes mathematicae*. Venetiis 1750, apud Simonem Occhi, 4.<sup>o</sup>

MDCCLXXIII. V. Kal. Septemb. *Joannes Baptista Nicolai Venetus*, Archipresbyter Padernelli in Dioecesi Taurisana, cum jam anno MDCCLXXI. decretum esset, ut Analytica schola Gymnasio restitueretur, conductus est floren. CCCI., auctis ad MDCCXXX. anno MDCCLXXXVI. X. Kal. Januar. Cum a juvenilibus annis a celeberrimo viro *Jordano Co. Riccati* in mathematicis disciplinis, analyticis praesertim, institutus, eas primum in Taurisano Clericorum Seminario professus esset, mox vero inter ruris otia praecipuo quodam ardore feliciter excoluisset, mirum est quo iuflammato studio traditae sibi disciplinae decus et gloriam tuendam et amplificandam arripuerit. Neque enim solum consueta, ut ita dicam, scientiae hujus continuo in dies progredientis incrementa est persecutus, sed ignotas omnino atque intactas adhuc amplissimas provincias in ea detexit novo inducto calculo, qui et antiqua, erroribus expurgatis fugatisque dubitationibus, meliora facit, et nova addit quae vetus disciplinae patrimonium in immeusum propagant. De nova hujus calculi rectitudine et usu, cum apud Analyseos studiosos judicium sit, illud tantum addimus, si ipse victor ex omnibus quae in eum congeruntur criminibus evadit, fore, ut auctoris in analyticam doctrinam merita cum illis summis fortasse Newtoni ac Leibnitii optimo jure conferri possint. Operum ad hunc diem editorum, quae in Actis non leguntur Academiae Patavinae, tituli sunt:

*Dissertationi due fisico-matematiche.* — I. *Degli elastri di massa finita.* — II. *Di un pendolo immerso in un fluido.* — Padova 1772, nella stamperia del Seminario.

*Della possibilità della reale soluzione analitica del caso irriducibile.* *Riflessioni dell'Arciprete Gio. Batt. Nicolai P. P. d'Analisi, ed Accademico di Padova.* Padova, nella stamperia del Seminario, 1783.

*Nova Analyseos elementa.* Tom. I. Pars I. Patavii 1786, typis Seminarii.

## Schola Geometriae planae ac solidae, ac Sectionum conicarum.

*Intersunt Medici anni primi. — Assignata hora matutina ante primam,*  
*campana pulsante diebus ordinariis.*

Cum elementaris Geometriae tradendae munere, anno MDCCLXVIII. X. Kal. Octob., Analyseos Professor levatus sit, illud, ut supra diximus, privato Doctori est commissum, qui publico quidem stipendio, non tamen loco, aut communibus inter Professores juribus, frueretur. Privata haec schola et Analytiae

fatis supersles suit, et ea biennio post reviviscente, eandem conditionem retinuit ad annum MDCCLXXVI. IV. Non. Maji, cum placuit Senatui ipsam ad caeterarum scholarum decus evehere, Magistro suo aliorum Professorum titulis et honoribus attributis.

MDCCLXVIII. X. Kal. Octob. *Joannes Baptista Marinelli Rhodiginus*, cum multa antea in geometricis rebus doctrinae signa praebuisset, ut decreti verbis utamur, ad earum elementa quotannis tradenda privatus Doctor electus est flor. CCL., quibus LXX. additi sunt MDCCLXXV. prid. Kal. April. Postquam vero Professorum jurium particeps factus est, coepit ipse quoque, de more aucto stipendio, a Senatu confirmari, quod contingit annis MDCCLXXVII. XV. Kal. Februar., et MDCCLXXXIII. prid. Non. Sept., ac tunc obtinuit flor. DCXX. Cum ipse ingenii ad mathematicas omnes disciplinas apti specimen saepius dedit, Astronomo Adjutor datus erat litter. MDCCLXVII. X. Kal. Jun.; sed anno vertente, novo hoc suscepto, onus illud deponere coactus est. Edidit:

*Introductio ad Philosophiam naturalem, auctore Petro Van-Musschenbroekio. Editio prima Italica pluribus adnotationibus emendata, aucta atque illustrata.* Patavii, typis Seminarii, 1768.

*Schediasmata arithmeticæ et geometricæ ad studiosae juventutis usum.* Patavii 1774 excudebat Josephus Comino.

## De Medico ad Thermas Aponenses.

Cum Senatui relatum esset, Aponenses Thermas (quae tantam antiquis temporibus celebritatem et famam regionibus his compararunt, ut nomen etiam iis dederint, si *Facciolati* conjecturis adhaerendum sit (*Fast. Part. III. pag. 208*), qui vocem *Patavium* origine Germanam indicat litteris ejusdem organi inter se commutatis latina forma compositam et aquarum locos significantem), deletas pene et obrutas oblivious, supremam Principis potestatem quodammodo impolare, ut renovatae saluberrimis usibus restituantur; Senatus Consultum, factum anno MDCCLXVII. X. Kal. August., constituit eas reficiendas et instaurandas esse, facultate Triumviris attributa omnia ad optatum finem decernendi. Cum vero intellectum esset in iis ab Urbe dissitis locis medicorum copiam haud esse, qui potentibus a Thermis praesidia praesto sint, vir cognitione et usu exercitatus eodem die conductus est, qui iis anni tempestatibus, quibus praecipue solent Thermae frequentari, in illis locis apte medicinae exercendae operam navet. Ipsi vero domicilium assiguum est in Coenobio Eremitarum ad Montem Ortonum

posito, ex Triumvirum decreto MDCCLXVIII. prid. Id. Maji. Eodem Sen. Cons. imperatur, ut commodum ab Urbe ad Thermae paretur iter, illique, ad quos pertinet, jubentur aggeres deterrimasque vias ad faciliorem transitum aptare. Hisce praesidiis atque hoc publico patrocinio cooperunt rursus Thermae nostrae aliquo in honore esse, et paulatim frequentari non sine spe pristinae dignitatis et gloriae recuperandae. Itaque

MDCCLXVII. X. Kal. August. *Joseph Mingoni* Patavinus ductus est a Senatu, ut ad Thermas Aponenses a Junio ineunte ad totum Septembrem medicinam exerceat adhibeatque potentibus, tributo stipendio floren. C. Cum munus diligenter obüsset, totus semper in hoc fuit, ut vel maximas ars medica utilitates ex iis locis hauriret, quibus tot saluberrimi multorum generum variaeque virtutis fontes erumpunt. Igitur, eo auctore et praeside, anno MDCCLXIX. tubuli etiam et aqueductus instaurati sunt, per quos hepaticus derivatur aquae fons, qui a Virgine nomen habet. Haec vero atque alia Professoris merita Senatum impulerunt, ut ter ipsi stipendum augeret, quod anno MDCCLXXIX. prid. Kal. Maji crevit ad flor. CCCLX.

### Schola Architecturae civilis.

Cum gravissimus Triumvirum Magistratus publice Patavium advenisset anno MDCCLXXI. Gymnasium ex Sen. Cons. invisurus, Patavinorum artificum preces prid. Non. April. humanissime excipiens civilis Architecturae scholam aperiendam duxit, Doctoremque assignavit, qui rudes homines in nobilissimis aedificandi artibus institueret. Tunc *Dominicus Cerato* Vicetinus, vir in re hac probatae doctrinae, se se obtulit ad novam regendam scholam aptissimus, cuius industriam Magistratus ipse adhuc experiebatur in astronomicae Speculae constructione, cui ex Triumvirali rescripto praeerat optimo successu ab anno MDCCLXVII. Hinc confirmatum ipsi stipendium est argent. CCCLX., quod hoc nomine solvebatur, novumque munus exercendum suscepit. Senatus eodem anno rem utilissimam probavit Kal. Jun., simulque rationem scholae administrandae a Triumviris constitutam. Igitur schola summa utilitate regitur ab industrio viro, atque in Speculae aedibus Architecturae studiosis et artificibus omnibus, qui caementarii, tiguarii, lapicidae artes profitentur, patet diebus singulis festis, et profestis mane et vespere statim post pulsationem campanulae Ecclesiae Cathedralis a Kalendis Novemb. ad ultimum Augusti diem. Ut autem aemulationis et industriae stimuli addantur, annui argent. XXXIII. ex aerario

Gymnasii erogantur, qui illis praemia sint, quorum artis specimina a Magistro singulis annis proposita, apte descripta lineis atque in paginis adumbrata, maxime probentur. Atque ut incorruptius judicium feratur, suspicione omni partiumque studio remoto, *Simon Stratico* Mathematicae Professor advocatur, qui pro summa sua in architectonicis rebus peritia de oblatis paginis, auctorum non minibus omnino latentibus, pronunciet. Tot vero diligentissimi *Cerato* merita Magistratum adegerunt, anno MDCCLXXXI. IV. Kal. Decemb., ut annuos argent. CXX. adderet stipendio ejus, simulque, anno MDCCLXXXV. prid. Non. Maji, ut *Danielem Danieletti* Patavinum alumnū, et optime ab eo in Architectura instructum, Adjutorem illi petenti concederet, qui vicariam operam ei praestet, quoties et quomodo ipse jubeat, attributis in annos singulos salarii nomine flor. LX. Sunt Opera a *Cerato* edita: *Nuovo metodo per disegnare i cinque Ordini di Architettura civile conforme le regole di Andrea Palladio e Vincenzo Scamozzi, ed alcune figure di Geometria pratica per uso della pubblica Scuola di Architettura, instituita dal Magistrato Eccellentissimo dei signori Riformatori dello Studio a benefizio principalmente delle tre arti meccaniche dei marangoni, muratori e tagliapietra.* Tomi 2 in 4.<sup>o</sup> Per il Penada.

## De Thermarum Aponensium Historia.

Idem studium, quod supra innuimus, Aponenses Thermae inglorias tunc desertasque pene jacentes, ad antiquum splendorem ususque saluberrimos revocandi persuasit Senatui, anno MDCCLXIX. XVII. Kal. April., ut ad scribendam ipsarum historiam doctissimi viri opera et labor apposite advocaretur. Tot enim expressa in antiquis historiis indicia; tot in iis locis magnarum aedium, balneorum, sumptuosarumque substructionum extantia adhuc et passim in dies detecta vestigia; lapides etiam in longinquis regionibus effossi, qui salutarem Aponensium fontium virtutem, pro illarum aetatum superstitione, ad vim aliquam divinumque numen extollunt, merentur optimo jure, ut nihil omittatur, quod ad eas reficiendas rursusque celebrandas conserre possit. Sive enim Botanici Horti institutio, ut *Facciolati* (*Fast. Part. III. pag. 207*) conjectura nimis levi arbitratur; sive multo ante saevissimae armorum perturbationes et consuetae rerum omnium humanarum vicissitudines Thermis hisce oblivionem et squalem obduxerint; certissimum profecto est, eas antiquam frequentiam constanterque tot saeculis famam tueri nullo modo potuisse, nisi miram quamdam in

morbis expellendis et sanandis virtutem facto ipso saepius probatam praestitissent. Igitur sperandum fore, ut per accuratam historiam reviviscat ipsarum notitia, et fama longe lateque propagata, quae pristinam ipsis celebritatem et frequentiam, summo humanitatis bono, conciliet. Hinc cum jam intelligeretur, munus hoc tanti esse momenti ac laboris, ut nullo modo possit ab aliis expleri cum dignitate, quorum industria in alias etiam scholarum occupationes esset partienda (ex quo accidit, ut pene frustra commissum sit *Bartholomaeo Lavagnoli* anno MDCCCLVIII. IV. Id. Jun., adumbrari vero tantum potuerit ab *Antonio Co. Pimbiolo*, qui in *Lavagnoli* locum venit Triumvirali rescripto MDCCCLXV. XI. Kal. Jun., cum nec ipsi historica Thermarum narratio mandata esset, et triennio post theoricae Medicinae secundo loco tradendae laboriosius onus suscepisset); decretum est, ut eruditis viri labor et studium unice in scribenda Aponensium historia Thermarum versaretur. Hinc

MDCCCLXIX. Kal. April. *Joannes Lavagnoli*, *Bartholomaei* filius et *Antonii* Professorum frater, ad munus hoc obeundum accitus est decreto Senatus floren. CC. Cum vero in sibi commisso munere diligenter elaborasset, anno MDCCCLXXIII. X. Kal. Jun. partem primam historicoo-criticam manuscriptam obtulit Triumviris, quae cum maxime probata esset, imperatum ipsi est, ut locorum etiam omnium positiones, situs, formas accurate lineandas curaret, pecunia ad id liberaliter attributa. Ipsi etiam concessum eodem anno III. Kalend. Octob., decreto honorificentissimo, ut historiam suam Augusto Venetorum Senatui inscriberet, quae tamen, ab eruditis omnibus summo studio exoptata, lucem adhuc desiderat, expectatque fortasse veluti sociam partem operis alteram, quae Thermarum tractactionem medico-physicam pollicetur. Edidit autem ad hunc diem: *Lucubrationes medicae duae*.

## De Historia Gymnasii Patavini.

Gymnasii Patavini historia, quae monumentum sit insignis Venetae munificentiae in hoc scientiarum domicilio tuendo et ornando, et doctrinarum nomine gratias quodammodo clarissimis viris referat, qui in iis excolendis atque illustrandis felicissime elaborarunt, et praeterita denique exempla proferat ad nostrorum temporum aemulationem nobilissimis calcaribus excitandam; adumbrata primum fuit anno MDLXX. ab *Antonio Riccoboni* humaniorum Litterarum Professore, mox a *Jac. Phil. Tomasini* Episcopo Haemonensi anno MDCLIV., denique a *Papadopoli* et *Facciolati* uberioris perscripta. *Papadopoli* enim a

condita Universitate ad annum MDCCXXIII. leges, statuta, scholas, Professorumque et alumnorum vitas ingentis eruditionis mole est persecutus; *Facciolati* autem cum anno MDCCXXXIX., clausa, cui praeerat, Logicae schola, seu potius Metaphysicae consociata, jussus esset pensi loco Gymnasii historiam scribere, reservato stipendio flor. DCC. quod obtinebat, et Collegiorum honoribus, Syntagma duodecim emisit anno MDCCLII., in quibus Gymnasii originem, Rectores et Professores eligendi varios mores, tum scholas regendi, collegia juventuti excipiendae destinata administrandi, titulos scholasticos conferendi rationes, aliaque id generis recenset. Syntagmatibus *Fastorum* partes tres addidit anno MDCCLVI., in quibus et Gymnasii Rectores se se quotannis ordine excipientes, et singulas suis titulis distinctas scholas ad ea usque tempora enumerat cum Professoribus sibi mutuo succendentibus qui eas obtinuerunt, stipendiis additis quibus variis temporibus unusquisque meruerit. *Facciolati* adhuc vivente ad muneric hujus expectationem electus est, anno MDCCLXIV. VII. Kal. Maji, celeb. vir *Natalis Dalle Laste* Vicetinus, illique vita functo actu successit quinquennio post stipendio flor. CD. Dolendum profecto est, pluribus ei gravissimisque publicis occupationibus distento otium et tempus ad nova haec onera defuisse. Eximia enim spes et expectatio Gymnasium nostrum frustrata est, ad quam explorata saepius sapientissimi viri doctrina, exquisita sermonis elegantia atque in omni genere eruditionis praeclarissima ubertas erexerat. Itaque hac de causa vacandi venia ipsi data est anno MDCCLXXXIII. X. Kal. Octob. Triennio autem post, anno scilicet MDCCLXXXVI. XV. Kal. Julii, hoc onus nobis impostum est stipendio floren. CCC., mandatumque primo, ut *Facciolati Fastos* ab anno MDCCLVI., quo desinunt, ad haec tempora deducamus; mox Italico sermone litterarum et scientiarum in Gymnasio nostro historiam accurate persequamur, ut si per eos, qui nobis praeierunt, historicos Gymnasii corpus, ut ita dicam, et cadaver intuemur, per nos, si fieri per vires liceat, ipsius contemplanda veluti vita atque anima exhibeat. Jamque prima illa leviori muneric parte, qua potuimus diligentia et fide, absoluta, secundam nullius laboris pertaesum aggredimur alacri animo et constantissima voluntate, Diis faventibus, stimulusque ad dente gratissimi animi nostri in gravissimum Magistratum, cuius auspiciis laetamur, observantia.

## Appendix de publica Bibliotheca.

Auctore *Felice Osio*, Litterarum humaniorum Professore, usus est Senatus, cum primum consilium iniit, anno MDCXXIX. III. Non. Julii, Bibliothecae Patavii constituendae, atque ad utilissimum studentium usum publicandae. Re ad Triumviro delata, ipsi biennio post Kal. Martii edicto suo primam veluti formam Bibliothecae dedere et locum in Coenobio tunc vacuo Jesuitarum. Hisce autem ab exilio revocatis, Bibliotheca in publicas Urbani Praefecti aedes translata, propriam nacta est sedem in amplissima porticu quae, ob depictas eximia arte ingentique forma summorum virorum imagines, a *Gigantibus* nuncupatur. Primum Bibliothecae initium debemus *Bartholomaeo Selvatico*, civi Patavino equiti, qui clar. eo tempore Jurisconsultus ad suprema Consilia Venetiis adhibebatur; quippe hic libros suos, qui MCD. voluminibus constabant, legavit supremis tabulis anno MDCXXX., cuius exemplum multorum studia inflammavit, librosque plurimos Bibliothecae conciliavit ex testamentis *Caesaris Cremonini* Philosophiae Professoris, et *Bartholomaei Soveri* Professoris Matheseos anno MDCXXXI., et ex munere *Jacobi Caime* Juris civilis interpretis, qui volumina MMCC. dono dedit, quae *Pompejus Caime* patruus, celeberr. Medicinae Professor, reliquerat. Nostro etiam saeculo Bibliothecam ditarunt et libri qui Principis decreto huc confluxerunt ex vacua haereditate *Jacobi Cornaro* Patricii Veneti, et ii quos legavit *Jo. Bapt. Raini* Juris Professor anno MDCCXXV.; et quos muneri sponte obtulerunt *Vicentius Viali* Professor civilis Juris anno MDCCXXII., et *Antonius Vallisnieri* filius, Professor Historiae Naturalis, anno MDCCCLXX.; qui omnes et imaginem et epigraphen in Bibliotheca, memoriam liberalitatis perennaturam, Triumvirum jussu retulerunt. Hisce adjecta sunt anno MDCCCLXXIII. volumina quinque millia, ad universam Medicinam et Anatomen pertinentia, pretio empta, *Simone Stratico* auctore et Triumviris decernentibus, ab haeredibus celeberr. viri *Joannis Baptistae Morgagni*.

Cum autem in tanto hoc et scribendi ardore et lumine doctrinarum, novis in dies incrementis scientiarum patrimonium ditescat, nil profecto actum esset, nisi Bibliotheca, sibi veluti proprio constituto censu, divitias hasce continuo crescentes posset adsciscere. Huic igitur consultum est a coudita Bibliotheca, indicumque bibliopolis omnibus intra Veneti imperii fines, ut librorum quorumcumque quos cuderint quocumque tempore, exemplar unum ipsi mittant, poenis etiam in non parentes praesinitis, quae in Bibliothecae beneficium confluant. Ad

litteraria vero Diaria, ad Academiarum volumina atque ad libros alios vel antiquos suppleudos, vel novos comparandos, qui maximo in numero exteris typis prodeunt, peculiare aerarium constitutum est, quod exsurgit et ex argenteis scutatis, quos vocant, duobus ab iis omnibus solvendis, qui ad lauream in quovis Collegio obtinendam accedunt; et ex decumis utrius anni, scilicet primi, ex Professorum omnium recens advectorum stipendio detractis; et ex annuis florensis CCXL. assignatis ex aerario Gymnasii ex Triumv. rescripto MDCCLXXIII. IV. Kal. Ap., qui tamen, aerario laborante, intermissi sunt Triumvir. jussu anno MDCCLXXXVII. Denique singulis vertentibus annis cum rationes expenduntur, si quid, expensis deductis, supersit in privatis aerariis utriusque *Universitatis Juristarum atque Artistarum*, in Bibliothecae commodum cedit ex eodem Decreto. Imo, ut totum hoc peculii pondus in Bibliothecam augendam impendantur, Praefecti et Bidelli stipendia, quae illi prius innitebantur, ad aerarium Gymnasii deducta sunt ex Triumvir. rescripto MDCCLXXXI. III. Kal. Decemb.

Atque ut Bibliotheca quam maxime fieri potest usus praestet, ad quos est instituta, communique scientiarum ac studentium commodo prospiciat, cum rationes ipsius publice tum aperienda, tum claudenda variae quidem fuerint temporibus variis; anno demum MDCCLXXIII. imperatum est, ut ea accendentibus pateat diebus seriatis in unaquaque hebdomada quinis mensibus, duobus dumtaxat exceptis Septembri et Octobri, horisque duabus tum matutinis, tum etiam pomeridianis. Cum autem dum patet Bibliotheca, uterque adesse debeant, scilicet Bibliothecae Praefectus et amanuensis, seu socius ad libros potentibus sufficiendos, cautum est anno MDCLXIII. VIII. Kal. Junii Triumvirum edicto, cum *Octavius Ferrari* Litterarum Professor onus dimittebat non facile cum multiplici docendi munere consociandum, ne quis ex Professoribus in posterum ad Praefecturam hanc admittatur. Verum quamvis id ad nostra usque tempora obtinuerit; tamen cum cogitatum est de Bibliotheca in aedes Gymnasii deducenda, tunc anno MDCCXVII. Co. *Hieronymo Frigimelica* Praefecto additi sunt Professores duo, *Antonius Bombardini*, et March. *Joannes Poleni*, a Bibliotheca aedicanda et curanda. *Bombardini* vita functo in munere successit anno MDCCXXVI. *Jo. Baptista Morgagni*. Sed munus idem sponte desiit opere intermisso. Ipsius tamen exemplum renovatum quodammodo est MDCCLXXIII., cum Bibliothecae Praefecto *Angelo Fabro* Co. *Simon Stratico* Mathematicae Professor sociatus est a Bibliotheca instauranda, qui plurima praestitit ad ipsius incrementum ac decus. Sed cum ea prospere explesset, quorum intuitu manus acceperat, honestam missionem postulans impetravit anno MDCCLXXV.

Bibliothecae Praefectus a Triumviris constituitur, a quorum nutu Bibliothecae totius regimen pendet. Anno MDCCCLVII. munus obtinebat *Gullielmus de Camposampiero Patavinus* stipendio flor...., successor datus Co. *Hieronymo Frigimelica* anno MDCCXXXII. Ipso adhuc vivente, sed gravi aetate fracto, socius additus ac successor designatus est III. Kal. Decemb. MDCCCLXIV. nullo stipendio, praeter scholasticas immunitates, tributas litt. MDCCCLXV. VIII. Kal. Septemb., D. *Anastasius Peristiani Cassinensis* Monach., qui Gullielmo mortuo munus actu init flor.... inclinante anno MDCCCLXV. In hujus defuncti locum venit *Angelus Antonius Fabro* flor. CCC. anno MDCCCLXXII. VIII. Kal. Martii, qui tamen, quadriennio nondum in munere exacto, missionem obtinuit, stipendio integro quoad viveret reservato; rusque secessit in agro Taurisano, ubi senex in honesto otio diem obiit supremum anno MDCCCLXXXVII. Hinc anno MDCCCLXXVII. VIII. Kal. Mart. Bibliothecae praefectura *Paulo Roccolini Veneto* commissa est flor. CCC. Egregii viri merita Magistratum adegerunt, nullo antea exemplo, ut hosce stipeudii fines transiret, augeretque ad flor. DXL. binis auctariis tributis anno MDCCCLXXX. X. Kal. Maji, et MDCCCLXXXVI. prid. Id. Maji. Bibliotheca, quae minima initio in tantam molem excrevit tot scientiarum litterarumque monumentis locupletata, constantissimum suorum Praesidum studium, eruditionem, industriam nullo unquam tempore ferre desinet, ac praedicare. Plurimum autem *Roccolini* debet armariis etiam omnibus ac pluteis eo auctore in elegantiore formam renovatis, syllabis descriptis, libris commodissime distributis, ac notis exterius novis adjectis, quae ipsos ad faciliorem promptioremque usum distinguant.

Bajulas, quem *Bidellum* dicimus, adjectus erat a condita Bibliotheca, qui operarius Custodis jussa faceret in porticu, in pluteis, in libris expoliendis, praebendis, reponendis, constituta mercede flor. XXX., quae, auctis oneribus Bibliotheca excrescente, ad florenos sexagenos prius, mox octogenos devenit anno MDCCCLXXIII. XIV. Kal. April. Munere hoc abrogato, satius fore Triumviri putaverunt, si vir eruditus Amanuensis titulo substitueretur, Praefecto veluti socius, qui in syllabis describendis, libris ordinandis et passim potentibus ministrandis liberalem operam paeberet.

Obiit *Roccolini* III. Non. April. MDCCXC.



**ALIQUAE ANNOTATIONES  
IN  
OPUS COLLE**



**D**e Mastraca ita scripsit Gennari (1): « Nato di nobile ma povera famiglia Greca » in Corsù, venne alla nostra Università, ove fece i suoi studii; ed addottoratosi » in Legge, passò a Venezia. Colà attese ad insegnare, e fra gli altri educò li due » Cavalieri Erizzo. Faticò ancora in servizio de' librai di quella città con qual- » che suo profitto; » donec anno MDCCXLVIII. fuit illi cathedra collata in no- » stro Archigymnasio, de quo vide Facciolati.

« Due anni appresso con Decreto del Senato andò Consultore di S. E. Gio- » vanni Donato, Commissario ai confini del Friuli, con cui era stato anche a » Costantinopoli; e nel 1754, essendo ancora in pubblico servizio, fu trasportato » alla prima cattedra della mattina. Andò a Vienna con pubbliche commissioni, » e ne fu lodato dal Senato. Egli era uomo atto ai maneggi per la sua accortezza » e desterità, e per una certa naturale eloquenza che lo rendeva grato ed accet- » to.... Fermatosi in Padova, si applicò tutto ai vantaggi della gioventù, inse- » gnando pubblicamente e privatamente le Leggi con molto profitto degli scolari. » Eletto Principe dell'Accademia dei Ricovrati, pensò ai mezzi di renderla ope- » rosa ed attiva.... formò un piano di riforma, che non senza contraddizione fu » approvato dagli Accademici.... Lasciò superstiti la moglie ed alcuni figliuoli, » ai quali venne accordato l'intero stipendio di tutto l'anno letterario, facendone » encomio alla memoria del morto .... »

Mortuus est die Natali Domini sub vesperum ann. MDCCLXXI. aet. LXII.

De Panighetti Patavii nato XI. Kal. Decemb. MDCXCVIII., jam nostri Se- minarii alumno, in mea *Scriptorum Patavinorum Biografia* locutus sum. In Sanctae Clarae templo nunc eruto legebatur haec epigraphe, quam in sepulcro sua ossa tecturo voluit inscribi:

---

(1) *Notizie Giornaliere.*

IO · MARIA · PANIGHETTVS · PATAV ·  
 I · V · DOCTOR · ET · P · P ·  
 HIC · VBI · DIV · LITAVIT · CONDI · VOLVIT  
 ET · MERITA · SVFFRAGARI · OPE  
 OBITT  
 AN · MDCCLXII · AETATIS · LXIV ·

Pag. 43.

Opusculum a Fabro typis Conzatti, Patavii ann. MDCCLXXI. editum, quo  
 ad lectiones habendas proludebat, gravior fuit illi malorum causa. Namque non  
 solum opusculi omnia revocata sunt exemplaria, et ne venirent, aut ulterius lege-  
 rentur, vetitum, et in prohibitorum albo conscripta; sed, ut ait Colle, ipse Pro-  
 fessor a cathedra amotus.

Pag. 60.

Jacobus Piacentini natus est Patavii prid. Non. Octobr. ann. MDCLXXIII.  
 In patria Universitate scientiae Medicae studuit; in hac, inque Philosophia lau-  
 rum meruit, et Collegio Sacro anno MDCXCV. fuit adscriptus.

Corpus Piacentini tumulatum fuit in templo S. Nicolai, ubi uxoris filiae-  
 que superstitum pietas super lapide hanc epigraphen insculpi jussit, quae adhuc  
 ibi legitur:

D · O · M ·  
 IACOBO · PLACENTINO · PATAVINO  
 HANNIBALIS · F ·  
 IN · PATAV · GYMN ·  
 THEOR · MEDICIN · PROF · P ·  
 MARIA · MAGDALENA · DE · FERRARIS · VXOR  
 MARITO · INCOMPARABILI

CVM · QVO · VIX · SINE · VLLA · QVERELA · A · XL ·  
 ET · CAMILLA · F ·  
 PATRI · OPTIME · MERITO  
 VIVENTES · MOESTISSIMAE · P · P ·  
 ET · SIBI  
 OB · IX · K · IVL · A · AER · VVLG · MDCCCLXII ·  
 VIXIT · A · IXC ·  
 DOCVIT · PVB · A · XXXIV ·

Pag. 64.

De Antonio Pimbiolo degli Enghelfredi loquemur in II. Parte Voluminis II.  
 hujus Operis.

Pag. 66.

Mense Majo ann. MDCCI. Sacili natus Pujati est. Patres Societatis Jesu  
 in litteris educarunt, et in Patavino Lyceo Philosophiam remque medicam didi-  
 cit, in quo lauream ann. MDCCXIX. obtinuit. Venetiis primum, deinde Cor-  
 cyrae, Melanae in Dalmatia, tandem in pluribus Fori Julii locis medicam scien-  
 tiam multo cum honore exercuit; quem sibi eo magis auxit doctissima opera pu-  
 blici juris faciens. Habuit uxorem Theodoram Mazzaroli, quae quatuor filiorum  
 patrem effecit. Mortuus est Patavii, ubi publice docebat, vesicae phlogosi raptus,  
 duodecimo nondum peracto lustro anno MDCCXLX.

De illo vide *Lettera di Giuseppe Gennari sulla vita e sugli studii di  
 Giuseppe Antonio Pujati, ec.*

Pag. 67.

De Jacobo Scovolo ita Gennari (1): « Venuto giovine a questa Università,  
 » ed ottenuto il grado del dottorato, non si partì più di qua..... La protezione

---

(1) *Notizie Giornaliere.*

» dei N.N. U.U. Contarini lo portò alla cattedra straordinaria di Medicina pratica, dalla quale in progresso di tempo passò alla primaria .... Esercità la Medicina con molta fortuna, essendo morti Macoppe, Piacentini e Pujati, medici dotti e riputati; e siccome era uomo di bella presenza e buon dicitore, così volentieri era chiamato e qui ed altrove, quantunque, a vero dire, avesse poco capitale di sapere. Lasciò tre figli e due figlie. »

## Pag. 67.

**Johannes Fortunatus Bianchini** in urbe Theates nobili genere natus est VI. Kal. Januar. ann. MDCCXX. Neapoli medicas disciplinas didicit, easdemque ibidem per quatuor annos docuit. Litteris amoenioribus quoque, physicisque rebus ferventer se tradidit. Anno MDCCXLVIII. profectus est Venetias, ibique aliquantis per moratus est. Primus tunc novam atmosphaeric electricismi doctrinam propugnavit et extendit. Anno vero MDCCL. ab urbano Concilio Utini Archiater electus fuit, unde postea in numerum Professorum nostri Archigymnasii cooptatus est.

## Pag. 74.

**Fabricius Morgagni** et **Maria Tornielli** summi Anatomiae Professoris parentes fuerunt, quem in lucem Forolivii V. Kal. Mart. ann. MDCLXXXII. edidere. Adhuc adolescens Bononiae Malpighi, Sandri, Alberghini et Valsalva lectiones audiens, Medicinae animum applicuit, in qua miros progressus praesagiendos dedidit. Huic scientiae amoeniores litteras conjunxit, et venustus in Itala Latinaque lingua scriptor celebratur. Vix vigesimum annum attingebat, cum Princeps Academiae Bononiensis Inquietorum nomine eligitur. Penitus hausta Patavii Medicina, Venetias profectus est, unde ob amplam ejus cognitam scientiam ad ornandam Patavinam Universitatem destinatus.

Habuit uxorem Paulam Negri nobilem concivem, quae patrem XV. filiorum fecit. Repente est e vivis eruptus anno aetatis sua LXXXIX. Non. Dec. anno MDCCLXXI. In ecclesia S. Maximi, ut optaverat, sepultus est. Legitur iu sculpta haec epigraphe:

**SEPVLCRVM  
MORGAGNI · ANATOMICI  
ET · SVORVM  
ITEM · GYMNASII · PATAV · PROFESSORVM  
SI · QVEM · VNQVAM · IVVERIT  
HEIC · CONDI · MDCCLXX ·**

*Fabroni, qui de illo scripsit, sic depinxit (Vitae etc. Tom. XII. pag. 7):  
 « Fuit Morgagni statura magna et venusta figura, hilari et lato vultu, flavis ca-  
 » pillis, oculis caeruleis, et ad summam senectutem pervenit sensibus et valetu-  
 » dine optima. »*

*Praeter Fabroni plurimi alii scriptores de Morgagni optime locuti sunt.*

**Pag. 79.**

*Poleni X. Kal. Sept. ann. MDCCXXXIII. Venetiis natus, sub disciplina  
 Clericorum Regularium Somaschae se se Philosophiae Theologiaeque dicavit; sed  
 hisce relictis, ardenter Mathesi, Physicae, Philosophiae Archeologiaeque incu-  
 buit, in quibus studiis immortale nomen adeptus est. Non solum inter Mathe-  
 maticos Physicosque praestitit, sed elucubrationes in Frontinum et Vitruvium,  
 supplementa Graevio Gronvioque, aliaeque disputationes eruditum acrique ju-  
 dicio praeditum declararunt. Mitis ingenio, moribus probus, religione spectatus  
 fuit; hinc facilis laudator erat. Omnibus carus, deploratum sui desiderium reli-  
 quit XI. Kal. Januar. MDCCLXXII.*

*Ejus cadaver in templo S. Jacobi tumulatum fuit. Lapis, qui olim tegebat  
 illud, inscuptus, et in templo B. Virginis Carmeli positus, hanc epigraphen  
 refert:*

**A · <sup>P</sup>X · Ω ·**  
**IOANNI · MARCHIONI · POLENO**  
**IACOBI · FILIO**  
**VENETO · CIVI · AC · PATAVINO**  
**PHYSICES · ET · MATHESEOS**

IN · PATAVINO · GYMNASIO · PER · AN · LIII ·  
 PROFESSORI · CLARISSIMO  
 CVIVS · INGENIVM · ET · DOCTRINAM  
 SCRIPTA · TESTANTVR  
 PATRI · OPTIMO · DESIDERATISSIMO  
 FILII · MOERENTES · POSVERE  
 VIXIT · AN · LXXVIII · M · II · D · XXII ·  
 OB · XVIII · K · DEC · AN · AER · VVLG ·  
 MDCCCLXI ·

In ejus honorem in Prato Vallis erecta fuit statua, immortalis Canovae  
 opus, ex Leonardi Venerii N. H. munificentia. En inscriptio:

MARCHIONI · IO · POLENO · P · P ·  
 MATHEMATICO · PRAECLARISSIMO  
 LEONARDVS · VENERIVS  
 PRAECEPTORI · SVO  
 GRATI · ANIMI · MONVMMENTVM · P ·  
 AN · R · S · MDCCCLXXXI ·

Pag. 91.

Calza Bononiam sortitus est patriam diemque natalem an. MDCCXXXVII.  
 Venetus in contubernio scholastico apud Marianum litteras humaniores Philoso-  
 phiamque didicit; inde in nostro Archigymnasio ad medicas res animum appli-  
 cuit, ex quibus laurum meruit. Marcus Foscarini Venetus Patricius, postea Dux,  
 qui ejus alacre ingenium noverat, nostris Scholis addidit, ut quoque novum ad-  
 deret ornamentum, et inter primos pensione honestatos Academia scientiarum,  
 litterarum artiumque nostra adnumeravit. Frauozja tunc a secretis Academiae  
 ita illum pingit: « Le qualità del suo carattere non facevano torto ai doni dello  
 » spirito. Fu sensibile all'onore, e non alla vanità, ufficioso senza affettazione,  
 » di animo retto ed ingenuo. »

Dissertationes typis editae, quae in Academiae Actibus leguntur, sunt:

I. *Ragionamento sopra il meccanismo del parto.* Tom. I. pag. 41.

II. *Conghietture intorno al meccanismo del parto.* Tom. II. pag. 25.

Dissertatio posthuma.

Pag. 94.

Dalla Bona natales dies inchoavit in quodam vico Veronensis Provinciae VI. Id. Septemb. MDCCXII. Dicatus a patre Nicolao ecclesiastico statui, Theologiam addidicit, et minoribus Ordinibus initiatu paterna voluntati obsequens, et Patavium sponte perrexit. Mortuo genitore duobus post annis, clericalem vestem exuens, medicis scientiis se totum addixit, et in tantum famae se extulit, ut succedere Macoppe suo praceptor meruerit. Ipse fuit e Medicis sui temporis eminentior, tam ad aegrotorum lectum, quam si aenigmata et abstrusas medicarum rerum ambages dissolvere illi contigerit.

Fuit hic vir litteris apprime doctus, sed litterarum fama vicissitudines passa est, nec sine luctamine crevit. Cesarotti hoc modo characterem nostri Professoris descriptis:

« Il nostro Autore ebbe una forza di temperamento e un'energia d'anima che ben sentiva dell'origine Cimbrica. Munito di questa sfidò i disagi, s'azzuffò coi piaceri, accoppiò alle fatiche della vita studiosa le stemperature della so- ciale, calpestò l'opinione, provocò la maledicenza, e guardò con disprezzo la morte. Colpito d'apoplessia nel Febbrajo del 1784, e riavutosi in parte da lì a non molto, visse ancora pressochè tre anni continuando tuttavia il tenore delle sue occupazioni ordinarie, e traendosi dietro per solo vigor di spirito un cor- po che andava sfasciandosi di giorno in giorno senza ch'ei degnasse d'avveder- sene. Al fine sconcertate interamente le molle d'una macchina pur troppo lo- gora, morì dopo alcuni giorni di malattia nel 1786, il dì 28 Dicembre. »

Pag. 95.

Jacobus Stellini, philosophorum sui temporis praestantissimus, patre Mat- thia sartore, cui tenues erant opes, in urbe Fori Julii V. Kal. Majas MDCXCIX. natus erat. Bonis disciplinis Clerici Regulares, quibus nomen suum postea ad- junxit, imbuerunt, qui statim, ut in contubernio Nobilium humaniores litteras

doceret, Venetas miserunt. Nou tantum validum patrocinium Johannis Emo, Patricii Veneti, cuius filios Angelum et Aloysium educavit, quantum ejus celebris doctrina ad Ethicae cathedram in nostro Archigymnasio facillimam viam straverat anno MDCCXXXIX., ut a Facciolati et a Colle asseritur.

Multa nobis essent dicenda de tanti viri operibus, et praecipue de illo praestantiori, cui titulus *Specimen de ortu et progressu morum, atque opinionum ad mores pertinentium*; sed sit satis ad *Biografia degli Italiani illustri*, Tomo V. Fasc. II. pag. 185, legendam illos suadere qui aliquo modo praestans Stellini ingenium cognoscere cuperent. Nos quidem, iterum fatemur, in hisce annuotationibus, inque hujus operis progressu, ad nihil aliud intendimus, nisi ad materiam praestandam illi cuicunque homini, qui ad nostrae Italiae, vel antiquissimae celeberrimaeque hujus Universitatis litterariam historiam fuse elucubrandam vires animumque suum dedere vellet. Forsitan librorum, qui publici juris sunt facti, typisque editi fuerunt, subsidio metam, ad quam cl. Tommaseo studiose nos excitat, contingere potuissemus, si hujuscemodi gravis litteraturae nunc sere obsoletae operibus Italia tandem delectaretur.

Sed ut ad rem redeamus, et ut aliquid de Stellini adhuc adjiciamus, dicemus quod Operis jam memorati duae factae sunt versiones. Unam edidit Ludovicus Valeriani, *Milano 1806*, in 8.<sup>o</sup>; alteram Melchior Spada, *Bassano 1816*, in 8.<sup>o</sup> Prima denuo a typographo Maltiuzzi, *Udine 1827*, in 12.<sup>o</sup> edita fuit, atque inter *Opere scelte dello Stellini* fuit inserta. Opus, cui titulus *Ragionamenti intorno alla Passione di Gesù Cristo*, denuo fuit editum *Milano 1827*.

Opus autem nomine *Saggio*, quod memoravimus, summatim exscripsit Eq. Aloysius Mabil in pulcherrimis suis *Lettere Stelliniane*, *Milano 1811*, in 8.<sup>o</sup>; iterum *Padova, Tip. della Minerva*, 1825.

Praeter Vitam, quam edidit Fabroni, Elogia tria habemus, nempe a Petro Coronelli, *Venezia 1784*, in 8.<sup>o</sup>; a Petro Cossali, *Padova 1811*, in 8.<sup>o</sup>; a Francisco Croce, *1816*, conscripta.

#### Pag. 110.

Vicetia fortunata fuit Pontedera patria, quam sortitus est primo suae vitae die Nonis Maji ann. MDCLXXXVIII. A Clericis Regularibus Somaschae in literis excultus fuit, et ab primis annis ad Botanicae studia se propendere ardentissime ostendit. A parentibus Patarium missus in Universitate Philosophiae et Medicinae se se applicuit, in quibus scientiis Doctoris laurea honestatus est.

Quamvis medicas lectiones Morgagni audiret, tamen amorem erga studium herbarum non minuit. Quaedam Opera de his studiis sibi tam acceptis, publici juris facta, ad Botanicae cathedram in Universitate extulerunt anno MDCCXIX.

Duxit uxorem Elisabeth Marchionis Poleni filiam, ex qua filiam habuit. In suo rure prope Leonicum LXXIX. aetatis suae ann. ob violentam pleuritidem Pontedera mortem obiit. In templo illius oppidi majore sepultus est, quem Jo. Sabbioni publicus Coloniae praceptor elucubrata funebri Oratione laudavit.

Pag. 122.

Patavii Volpi natus est IV. Id. Nov. MDCLXXXVI. patre Johanne Dominico, matre Christina Zeno. Studia emensus est sub disciplina Patrum Societatis Jesu, et in patria Universitate. Praeditus quidem Volpi fuit pulcro ingenio, non autem summo. Penitus Graecos, Latinos Italosque Classicos scriptores sapuit, atque in suis Operibus se se eorum vi, ordine sententiarumque venustatibus imbuisse ostendit. Habuit uxorem Margaritam Moschini, quae patrem non fecit.

Vehemens apoplexia Volpi e vivis eripuit. Corpus ejus honorificum sepulcrum in S. Luciae templo habuit, quod sibi uxoriique suae jam antea paraverat. In marmore haec epigraphe insculpta est:

*Caro nostra requiescat in spe.*

Ps. 15. 9.

IOANNES · ANTONIVS · VVLPIVS  
PHILOSOPHVS · PRIMVM · DEINDE · RHETOR  
IN · GYMNASIO · PATAVINO  
V · F ·  
SIBI · ET · MARGARITAE · MOSCHINAE  
VXORI · AMANTISSIMAE · B · M ·  
A · C · MDCCXLVIII ·  
H · M · H · N · S ·

Civitatella amoenum castrum, tunc agri Patavini pars, Carmeli fuit patria, in qua natus est V. Kal. Oct. ann. MDCCVI. Religionem Minorum Observantium adolescens professus, sub doctissimorum virorum disciplina Philosophiam. sacrasque scientias perdidicit, quas quoque Romae et alibi celeb ratus docnit Academicorum Recuperatorum Socius fuit. In funere Dominicus Vincher, ex Ordine Praedicatorum, eloquenti Oratione laudavit. Vid. *Notizie intorno alla Vita e alle Opere del Padre Michelangelo Carmeli Minore Osservante Padovano, primo pubblico Professore di lingue orientali nella Università di Padova, scritte dall'Ab. Francesco Fanzago. Padova 1799, per li Fratelli Pennada, in 8.<sup>o</sup>*

Fabro Angelus Antonius in Valle Duplavenis agri Tarvisini III. Nonas Jun. anno MDCCXI. vitales auras hausit. In Seminario Patavino, ubi litterarum scientiarumque disciplinis se se erudit, statum clericalem iniit. Alacri ingenio praeditus, emensis studiis, Venetas adiit, ubi vitae subsidium nanciseretur. Bene ei id consilii venit; nam in paeceptorem Aloysii Mocenigo, cuius pater Reipublicae Venetae mox Dux fuit electus, magna fortuna adsumitur. Cum absoluta jam educatione, nobilissimus alumnus Franciscam Grimani in sponsam duceret, ipse typis Sem. Patav. ann. MDCCCLVI. Orationem edidit. Patrocinium et favor nobilissimae gentis Mocenigo ad obtinendam cathedram, ut a nostro Historiographo habemus, facilem stravit viam.

Reliquos vitae dies, qui breves, in suo rure amoeno prope solum natale pergit, et pridie Kal. Decemb. ann. MDCCCLXXXVI. mortuus est.

Edidit etiam quinque *Elogia virorum illustrium Barbadicae Gentis*, Patavii, typis Seminarii, 1732; et ad Sibiliato *Epistolam*, quae cum aliis jam Patavii iterum prodiit ann. MDCCXLI.

Pag. 138.

Cl. Colle in errorem incidit de anno quo Roccolini vita functus est, saltem si epigraphi pondus aliquod demus, quae in pavimento ecclesiae S. Agnetis Patavii legitur:

PAVLI · ROCVLINI · VENETI  
PVB · PATAV · BIBLIOTHECAE · PRAEFECTI  
OSSA  
OBIIT · VIII · IDVS · APRILIS  
MDCCXCI ·





**FASTI  
GYMNASII PATAVINI**

**AB ANNO MDCCCLXXXVIII USQUE AD MDCCCVI**

**A**

**JOSEPHO VEDOVA**

**IN UTROQUE JURE DOCTORE**

**CONSCRIPTI**

**PARS SECUNDA**



## RECTORES JURISTARUM

---

**MDCCCLXXXVIII.-IX.** *Petrus Braidotti Foro juliensis, Civilium Institutionum et Artis Notariae Professor, Pro-Rector et Syndicus litt. IV. Kal. Octob. ann. super.*

**MDCCCLXXXIX.-XC.** *Co. Hieronymus Beltramini Acelinus, Juris Civilis Professor primo loco, Pro-Rector et Syndicus litt. XIV. Kal. Oct. ann. super.*

**MDCCXC.-XCI.** *Co. Matthaeus Franzoja Tarvisinus, Juris Naturae publici et Gentium Professor, Pro-Rector et Syudicus litt. exeunte anno IV. Kal. Octob.*

**MDCCXCI.-XCII.** *Petrus Braidotti Foro juliensis, Civilium Institutionum et Artis Notariae Professor, Pro-Rector et Syndicus ex litt. VIII. Kal. Octob. MDCCXCI.*

**MDCCXCII.-XCIII.** *Benedictus Mariani Rhodiginus, Juris Civilis Professor secundo loco, Pro-Rector et Syndicus litt. VII. Kal. Octob. anno super.*

**MDCCXCIII.-XCIV.** *Petrus Braidotti Foro juliensis, Civilium Institutionum et Artis Notariae Professor, Pro-Rector et Syndicus litt. VII. Kal. Octob. anno exeunte.*

**MDCCXCIV.-XCV.** *Antonius Gardin Venetus, Canonicarum Institutionum Professor, Pro-Rector et Syndicus ex litt. prid. Id. Sept. MDCCXCIV.*

**MDCCXCV.-XCVI.** *Co. Matthaeus Franzoja Tarvisinus, Juris Naturae publici et Gentium Professor, Pro-Rector et Syndicus litt. prid. Kal. Oct. anno exeunte.*

**MDCCXCVI.-XCVII.** *Benedictus Mariani Rhodiginus, Juris Civilis matut. Professor, Pro-Rector et Syndicus ex litt. prid. Kal. Octob. ann. super.*

**IV. Kal. Majas anno MDCCXCVII.** *Patavium Gallorum exercitus invasit, et Respublica Veneta memorandis tot saeculorum fastis gloriosa corruit.*

**Tunc interim Gubernio Municipaliter regimen Urbis adipiscente, officium Pro-Rectoris et Procuratoris abolitum fuit, et ex ejus Decreto prid. Id. Octob. ejusdem anni electi sunt Inspectorum Universitatis nomine hi viri:**

*Mabil Aloysius Director, de quo in pluribus locis hujus Operis locuti sumus.*

*Antonius Pimbiolo Patavinus Adjunctus, de quo vide Parte IV., ubi loquimur de Directoribus Medicae Facultatis.*

*Joseph Gennari* (1) *Patavinus Adjunctus.*

Cessantibus Cathedris, quae Urbanae vocabantur, nimirum quae solum civibus Patavinis mandabantur, innovationes aliae exsiliuerunt, quas, cum diu non durarint, non est operaे pretium enunciare. •Enimvero vitam valde brevem innovationes et Guberrium illud habuerunt; nam XIII. Kal. Febr. MDCCXC VIII. urbs Patavina Austriaca vexilla super moenibus suis vento agitari conspexit. Tunc Scholis ab Austriaco Guberrio ad pristinam formam redactis, denuo, ut illis praesent, Pro-Rectores et Procuratores electi sunt:

MDCCXC VIII. *Matthaeus Franzoja Tarvisinus* in Facultate Legum.

Sub hujus regimine ex Albo Professorum Imp. Decreto aliqui Professores expuncti sunt, ut suo loco dicemus.

MDCCXC VIII.-XCIX. *Antonius Gardin.*

MDCCXC IX.-MDCCCI. *Matthaeus Franzoja.*

MDCCCI.-MDCCCII. *Antonius Gardin.*

Die autem IV. Id. Jan. ann. MDCCCI. denuo Gallorum exercitus Patavio potitus est. Sed brevi illo tempore, quo morati sunt, nulla memoranda in Scholaris mutatio evenit.

Iterum autem Nou. April. profectis Gallis, et Austriacis redeuntibus, electi sunt Pro-Rectores in Legum Facultate:

MDCCCI.-MDCCCII. *Alexander Barca.*

MDCCCII.-MDCCCIII. *Vincentius Cromer.*

MDCCCIII.-MDCCCIV. *Alexander Barca.*

MDCCCIV.-MDCCCV. *Benedictus Mariani.*

MDCCCV.-MDCCCVI. *Vincentius Cromer.*

Sed cum iterum in ditionem Gallorum Patavina civitas obvenisset Id. Nov. ann. MDCCCV., voluit Napoleon ut nostra Universitas conservaretur. En Decreti verba:

“ Art. I. L’Università di Padova è conservata. Entro l’anno prossimo sarà posta sul piede delle altre due Università del Regno. ”

“ Dato dal Nostro Palazzo Imperiale di S. Cloud il dì 25 Luglio 1806. ”

## NAPOLEONE

---

(1) Hic gl. vir *Gennari*, de cuius Operibus toties mentionem fecimus, Patavii natus est IV. Id. Nov. MDCCXX., et prid. Kal. Jan. MDCCCI. cursum vitae consummavit. Eximius litteratus, probus Sacerdos, fidelis amicus, benemeritus civis jure habetur, et Patarium debet illi suam gloriam patefactam elucubratis ejusdem scriptis, ac propterea debet illi quoque, quod nondum fecit, monumentum quod illius nomen publice aeternet. De illo loquutus sum in *Biografia degli Scrittori Padovani*.

**Et ut novus ordo nostris Scholis imponeretur, abrogati sunt Pro-Rectores et Procuratores, ac Moderator et Vicem ejus gereus suspecti sunt; Theologica Facultas Seminario adjungitur; abolita sunt tam Theologorum, quam Medicorum et Legisperitorum Collegia; plurimis Scholis nomen immutatum, quod jam in tertia hujus Operis Parte memorabimus.**

---

## PROFESSORES JURISTARUM

---

### Schola Juris Civilis matutina primi loci.

*Jubentur Scholae huic interesse Juristae omnes anni secundi, tertii vel quarti. Professori incumbit primam, secundam vel tertiam Digestorum partem eo anno explicare. — Assignata Scholae hora prima matutina diebus ordinariis.*

**MDCCLXXXIX. X. Kal. Iun.** Hieronymus Co. Beltramini Acelinus augmentum flor. CC. obtinuit. Triennium quod aliis CC florenis postea quoque auctum fuit Decreto VII. 11 Aug MDCXCVI. Regressus noster Professor in patriam, dum illo ipso iun MDCCLXIX. vacabant Scholae, IX. Kal. Octob. ad vitam transivit meliorem.

*Beltramini* unius Jurisconsultus illis temporibus celebritatem obtinuit, et illo adhuc vivente sic scripsit Geunari:

« Egli studio quattro anni in Padova Teologia nella scuola dell'Ab. Giandomenico Stuppioni, e coltivò gli studii delle umane lettere, ascritto prima alla nostra Accademia degli Arditi, poscia all'altra dei Ricoverati. Non trascurò di apprendere le lingue, e d'intervenire alle lezioni de' più accreditati Professori. Tornato in Asolo, non interruppe i suoi studii se non quanto richiedevano alle volte i pubblici affari della sua patria; anzi, per avere occasione di vie meglio istruirsi, prese ad insegnare altrui le Leggi e la Metafisica. Quantunque la natura gli sia stata anzi matrigna che madre, avendogli dato un corpo di bassa statura, una non amabile fisionomia, e una voce, per difetto di denti, assai tenue e scarsa; con tutto ciò la sua Prolusione è piaciuta assai alla numerosa udienza non ineno per l'eleganza e purità dello stile, che per l'ordine e gravità delle cose. Non si dee tacere a gloria del vero, ch'egli è un uomo di costumi innocenti, e veramente cristiano.... »

## Schola Juris Civilis matutina loci secundi.

*Intersunt Juristae anni secundi, tertii vel quarti, prout Professor in prima, secunda vel tertia Digestorum parte explicanda versatur. — Assignata Scholae hora prima matutina diebus ordinariis.*

**MDCCLXXXVII.** *Benedictus Mariani*, Seminarii Patavini alumnus, doctus Jurisconsultus, linguarum Orientalium cognitione apprime valens, et venustus poeta, florenor. CL. IV. Kal. Sept. MDCCXCIII. augmentum obtinuit. Sed de illo in progressu hujus Operis. Typis edita Opera habemus:

I. *Spiegazione del passo di Virgilio toccante la fondazione di Padova fatta da Antenore*: Hic tamen ille urbem Patavi, etc. *Memoria nei Saggi dell'Accademia di Padova*, Tomo III. Parte II. pag. 169.

II. *Due Canzoni del Mariani alla maniera dei Greci inveniantur in Raccolta edita honori Alexandri Papafava Episcopi, et alia ob nuptias Rezzonico-Savorgnan.*

## Schola Juris Civilis matutina loci tertii cum paritate secundi.

*Intersunt Juristae anni secundi, tertii vel quarti, prout Professori Digestorum prima, secunda vel tertia pars explicanda contigit. — Assignata hora prima matutina diebus ordinariis.*

**MDCCLXXXIX.** *Joannes Antonius Turriani* V. Non. Octob. augmentum flor. CL. obtinuit. De hoc viro dicemus in tertia Parte hujus laboris.

## Schola Juris Civilis Patavinis civibus assignata flor. XX.

*Patet hora prima pomeridiana diebus ordinariis.*

Cum *Marcus Antonius Galvani* cathedram abdicasset an. MDCCXCVIII., ad ipsam electus est *Antonius Marchetti* Patavinus, qui confirmatus VI. Kal. Septemb., ingressum fecit IV. Kal. Jan. MDCCLXXXVIII. Postea *Marchetti*, qui quoque abdicavit, successit

*Hieronymus Trevisan* Patavinus VI. Kal. Octob. ann. MDCCLXXXVIII., qui docere continuavit ad annum usque MDCCCIV. Nou sunt praetermittenda

aliqua verba de hoc celebri viro, de quo in mea Biographia Pataviorum scriptorum fusius locutus sum. Natus itaque ille est Patavii IV. Id. Februar. ann. MDCCCLXVI. nobili genere. Haustis litteris graecis et latinis, Philosophia, Juris quoque prudentia, in qua lauro doctorali fuit redimitus, Italiam perlustravit. Ad patriam regressus, urbis Professor fuit electus, ut diximus; sed relicta hac cathedra, citius ob ingenium summum parta sibi fama, anno MDCCCVI. IV. Kal. Febr. ex Imp. Decreto Regius Procurator Tribunalis Appellationis Venetius residentis nominatur. Honore quoque Baronis Regni decoratur, et ab Imperatore FRANCISCO Vices gerens Praesidis in eodem Tribunali electus est. Sed ingravescente valetudine, quae imbecilla identidem per plures annos antea illum dire afflixerat, coactus est se se ab hoc illustri Studio removere. Domestico otio solanti integre emensorum munerum conscientia, laudibus amicorum et bona fama gaudens, postrid. Non. Martias ann. MDCCCXXIX. moriens uxori egregiae, duobus optimis filiis, civibus amicisque acerbissimum sui desiderium reliquit. Opera quae illius remanent, sunt:

I. *Orazione detta in nome della magnifica Città di Padova all' Eccellenza del sig. Gerolamo Giustiniani Capitanio Vice Podestà nel termine del suo gloriosissimo reggimento.* Padova 1795, per Penada, in 4.<sup>o</sup>

II. *La Presidenza alla fabbrica del nuovo Spedale di Padova a' suoi concittadini.* Ivi 1797, nella stamperia del Seminario, in 8.<sup>o</sup>

III. *Illustrazione d'un antico sigillo di Padova esistente nel Museo Veterino di Sua Eminenza il Cardinale Stefano Borgia.* Parma 1800, pei fratelli Gozzi, in 4.<sup>o</sup>

IV. *Allocuzione pronunciata all'atto della solenne installazione della Corte di Appello.* Ivi 1817, tipografia Graziosi, in 8.<sup>o</sup>

V. *Allocuzione tenuta presso il Tribunale d'Appello Generale in Venezia nell'atto della solenne consegna del Codice Napoleone.* Venezia 1806, tipografia Pinelli, in 8.<sup>o</sup>

VI. *L'osservanza della legge. Allocuzione pel solenne riapimento delle Udienze della Corte d'Appello in Venezia.* Ivi, tip. Pinelli, 1810, in 4.<sup>o</sup>

VII. *I doveri degli Avvocati.* Allocuzione ec. Ivi 1811, tip. Fracasso.

VIII. *Discorso preliminare alla Collezione delle Decisioni più interessanti rese dalla Corte d'Appello in Venezia.* Ivi, tip. Pinelli, 1812, in 8.<sup>o</sup>

IX. *L'esempio. Allocuzione recitata l'anno 1814 pel solenne riapimento delle odierni Udienze della Corte d'Appello.* Padova 1814, dalla tip. Bettoli, in 8.<sup>o</sup>

## Schola Institutionum Juris Civilis et Artis Notariae.

*Intersunt Juristae anni primi. — Assignata hora tertia matutina diebus ordinariis.*

*Petrus Braidotti* hanc cathedram exercuit usque ad annum MDCCXCV., in quo postrid. Kal. Martias nocte ad aeternam requiem migravit aetate annorum LXVI. apoplexiae morbo eruptus.

De illo sic diligens noster Gennari in suis *Notizie Giornaliere* loquitur:  
 « L'Abate Pietro Braidotti, Dottore in Legge, fu figliuolo di un ferrajo. Inseguò ed addestrò i giovani al dottorato, e principalmente i Nobili che volevano aggredarsi al Collegio. Contento di questa cattedra, non pensò mai a passare oltre, amante degli scolari, dei quali fu giudice più d'una volta. Sapeva la sua materia, ma niente fuori di essa. Amico degli amici, visse caro a tutti; per la sua onestà e la sua mente fu pianto. Ebbe sepoltura nella chiesa delle monache di S. Benedetto, dove era stato prima Cappellano. »

MDCCXCV. Non. Sept. cum flor. CCC. stipendio translatus est a lectura Juris Canonici vespertina *Vincentius Cromer Patavinus*, frater illustris oratoris forensis Joh. Bapt. Hic Professor ultra XL. annos in nostro Lyceo idearum ordine clarus et perspicuus lectiones habuit, quas laudare nunquam satis est. De illo deinceps loquemur.

## Schola Institutionum Juris Civilis loci tertii Patavinis addicta flor. XX.

*Assignata hora prima pomeridiana diebus ordinariis.*

MDCCLXXXVII. Natalis, non autem *Alexander Macoppe*, Legum Doctor, et in Cathedrali Ecclesia Mausionario, fuit in hac Schola confirmatus.

MDCCXCV. VIII. Kal. Febr. *Stephanus Veronese Patavinus*, qui ingressus est III. Kal. Majas anni subsequentis Scholam amisit.

## Schola Juris Canonici loci primi.

*Intersunt Juristae anni secundi, tertii vel quarti, prout Professor in prima, secunda vel tertia Decretalium parte versatur. — Assignata hora secunda matut. diebus ordin.*

**MDCCLXXXVII.** Solum ob mortem *Octavius Rustici* hanc cathedram reliquisse videtur. Post duos morbi dies decessit gravi aetate annor. LXXXIX. III. Kal. Nov. **MDCCXCII.** Vitae virtutumque *Rustici* splendidam laudem texit *Patavinus Gennari*, quem saepe libenter in medium affero, ne videatur aliorum plumis mea scripta velle induere; et libentius etiam, ut veneracionem meam viro sic studiis dedito et optime merito de historia hujus tam carae patriae demonstrem.

« L'Abate Ottavio Rustici, gentiluomo Senese, era stato fino dal 1752 Professore primario di Jus Canonico. Egli aveva da giovine coltivato gli studii di umane lettere, e scriveva in latino con molta eloquenza. Aveva professato la Fisica e la Matematica; e chiamato qui dal Procuratore Giovanni Quarini a leggere la Canonica, si abbandonò a questa scienza, la quale in mezzo alle correnti novità insegnò con molta saviezza. Si divertiva a leggere libri inglesi, e viveva piuttosto a sè, pieno di virtù morali, e insofferente delle bindolerie di certi suoi colleghi. »

**MDCCXCIV.** Kal. Jan. *Alexander Barca* a Schola Juris Canonici secundo loco ad hanc translatus est stipendio suo CDLXXX. flor. Sed de illo plurima in secundo Volumine hujus Operis.

## Schola Juris Canonici loci secundi.

*Intersunt Juristae anni secundi, tertii vel quarti, prout Professor primam tradit, secundam vel tertiam Decretalium partem. — Assignata hora secunda matutina diebus ordinariis.*

**MDCCLXXXVIII.** *Alexander Barca* Bergomi natus diviti mercatoria familia, prid. Id. Decemb. auctum stipendum CL. floren. obtinuit; sed anno **MDCCXCIII.** translatus est ad cathedram Juris Canonici primariam.

## Schola Juris Canonici loci tertii cum paritate secundi.

*Intersunt Juristae anni secundi, tertii vel quarti, prout Professor primam explicat, secundam vel tertiam Decretalium partem. — Assignata hora secunda matutina diebus ordinariis.*

**MDCCLXXXIX.** III. Non. Dec. *Joannes Dubrauwich* Dalmata augmentum flor. CLXXX. habuit. Vir mediocri ingenio, eo quod acerrime inimicus in Pontificem Maximum, inque Aulam Romanam injuriosis conviciis ita invectus esset, ut Gubernio tunc interim existenti displicuissest, ab Universitate mense Novembri anno MDCCXCVII., quin illius ulli misererentur, dimissus fuit. Sed Januarii mense sequentis anni, cum Patavii Gubernium Civitas mutasset, flagitante exercitus Austriaci, duce Wallis, ad cathedram rediit. Attamen ad vomitum Dubrauwich rediens, quem tolerata mala non docuerant, ita male in suis lectionibus tradendis de Summo Pontifice et de Episcopis loquebatur, ut mense Augusto e cathedra non solum, sed Patavio excedere jussus fuerit. Ubi tandem hic Professor vitam finierit, haud mihi innotuit.

## Schola Institutionum Juris Canonici.

*Intersunt Juristae anni primi. — Assignata hora matutina ante primam,  
campana pulsante.*

**MDCCLXXXIX.** X. Kal. Septemb. *Antonius Gardin* Venetus augmentum obtinuit stipendio flor. CL. Idem quoque obtinuit anno MDCCXCV. Ille Venetiis natus est anno MDCCXLII. Parentes Seminario Patavino illius educationem commiserunt, ibique inter alios praceptorum Cesarotti habuit. Emenso studiorum stadio, in Tarvisino Seminario humaniores litteras docuit, quod reliquit ut Patavium rediret, ubi Paulo Cerato in Scholis istius urbis municipalibus successit. Postea, ut superius diximus, ad Jus Canonicum docendum in nostram Universitatem transiit. Fuit ille quoque in nostra Academia inter Socios pensione donatos adscriptus. Provecta jam aetate, quietem integrumque pensionem poposcit et obtinuit anno MDCCCVI. Sed brevi confectus morbo, in sua villa prope Portum Romantinum XIV. Kal. Nov. ann. MDCCCVII. ad aeternam quietem transivit.

*Multorum Psalmorum versionem laude dignam, nec non variis versibus Operum Ovidii versionem habemus, aliasque multa manuscripta.*

Quae autem typis edita habemus, haec sunt:

I. *Memoria sopra l'influenza del Platonismo nella poesia. Saggi ec.*  
Tom. II. pag. 437.

II. *Stanze nella solenne apertura della Fiera di S. Giustina nel Prato della Valle in Padova l'anno 1775.* Padova per Penada, senz'anno. Seconda edizione in 8.<sup>o</sup> B. P. — Ve n'è una terza edizione con aggiunta di altri componenti di vari autori col titolo: *Per l'apertura della Fiera di S. Giustina in Padova l'anno 1775. Stanze con note, e raccolta di altri poetici compонimenti sopra la nuova Isoletta del Prato della Valle.* Per Gio. Antonio Volpi, senz'anno, in 8.<sup>o</sup>

III. *Il puro omaggio. Stanze in lode del Prato della Valle, con poesie di altri letterati.* Sta premessa una lettera dei Presidenti, diretta a S. E. Memmo; e trovasi appunto una lettera di un Nobile Padovano ad un Nobile Veneto. Padova per Penada, 1776, in 4.<sup>o</sup>

## Schola Juris Canonici Patavinis civibus addicta flor. XX.

*Assignata hora prima pomeridiana diebus ordinariis.*

MDCCLXXXVI. Joannes Baptista Ogniben usque ad ann. MDCCCVI.  
hanc Scholam regebat.

## Schola alia Juris Canonici Patavinis civibus destinata flor. XX.

*Assignata hora secunda pomeridiana diebus ordinariis.*

Vincentius Cromer hanc Scholam tenuit usque ad ann. MDCCXCV., in quo ad illam Institutionum Juris Civilis et Artis Notariae transivit.

Post abdicationem Vincentii Cromer, Marcum Antonium Lenguazza confirmatum ann. MDCCXCV., postridie Idus Novemb. ingressum XVI. Kal. Jan. subsequentis invenio.

## Schola Juris Feudalis, Nautici et Commerciorum.

*Intersunt Juristae annorum tertii vel quarti, quibus liberum est anni scholastici initio decernere utrum hoc Jus audire malint, an publicum naturae, vel publicum ecclesiasticum. — Assignata hora pomeridiana diebus extraordinariis.*

MDCCXCI. XIV. Kal. Junias auctum fuit Co. *Hannibali Bassani* stipendium cum flor. CL., sed vita eo functo Kal. Febr. MDCCXCVII. Schola sine successore relicita fuit.

*Bassani* nobili genere natus est Patavii. In patrio Seminario litterarum scientiarumque institutionem habuit, et Legum studio, quibus ardentius sese dicaverat, existimationem maximam sibi paravit. Saepius ut a gravioribus studiis animum relaxaret, rustica lingua facile et facete scribere aliqua consueverat, quae non edita suis dolemus.

Edidit nihilominus :

*Ad Franciscum primum Maurocenum Equitem, et Aedis Divi Marci Procuratorem, Comitis Hannibal Bassani nobilis Patavini gratulatio. Venetiis 1763, typis Aloysii Pavini, in 4.<sup>o</sup>*

## Schola Juris Naturae, Publici et Gentium.

*Intersunt Juristae annorum tertii et quarti, quorum arbitrio relinquitur decernere utrum hunc Professorem audire malint, an alterum qui de Jure feudali, vel tertium qui de Jure publico ecclesiastico agit. — Assignata hora secunda matutina diebus extraord.*

MDCCCLXXXVI. IX. Kal. Januar. Co. *Matthaeus Franzoja Tarvisinus* ad primum stipendium CC. floren. babuit, quibus postea anno MDCCXCIV. alii duceni additi sunt. Cum Academia nostra ex Triumvirum Decreto XIV. Kal. April. instauraretur, ille in classe Philosophiae speculativae gradum Socii pensione donati, et mox munus a secretis in hac scientiarum classe illi fuit commissum. Cum autem post Venetae Reipublicae occasum cathedram obtinuerit, in tertia hujus Operis Parte de eo loquemur.

## Schola Juris Publici Ecclesiastici.

*Intersunt Juristae annorum tertii et quarti, quibus liberum est decernere anni scholastici initio num Jus hoc addiscere malint, an Jura vel feudorum vel naturae. — Assignata hora prima matutina diebus extraordinariis.*

MDCCXCV. Post Kal. Martias cl. *Guerra* morte Patavii occubuit. Battalae vicus in agro Patavino aquis thermalibus notus Professoris nostri fuit patria. Ibi ille V. Kal. April. natalem diem sortitus est ann. MDCCXII. In Patavino Seminario amoeniores litteras, mathesim, theologicasque scientias addidicit, et theologica lauro VI. Kal. Septemb. MDCCXXXIV. donatus, theologico Collegio adscribitur. Historicus noster de *Guerra* plura scripsit, ut exposuimus. In Universitatis annalibus quis ei successerit haud reperio.

Nequaquam praetermittendum est, fuisse *Guerra* nostrae Academiae pensione douatum Socium, et in ejus tabulario Dissertationes duas, quae illius nomen et decus praeclarum testificantur, existere.



## RECTORES ARTISTARUM

MDCCLXXXVIII.-IX. *Leopoldus Marcus Antonius Caldani* Bononiensis, Medicinae theoricae primi loci Professor, Pro-Rector et Syndicus litt. IV. Kal. Octob. anno exeunte.

MDCCLXXXIX.-XC. *Simon Co. Stratico*, origine Cretensis, Professor Matheseos et Nauticae theoricae, Pro-Rector et Syndicus ex litt. III. Kal. Sept. MDCCCLXXXIX.

MDCCXC.-XCI. *Melchior Cesarotti*, origine Parmensis, linguae graecae, hebraicae, caeterarumque orientalium Professor, Pro-Rector et Syndicus III. Kal. Octob. anno super.

MDCCXCI.-XCII. *Leopoldus Marcus Antonius Caldani* Bononiensis, Medicinae theoricae primi loci Professor, Pro-Rector et Syndicus ex litt. VIII. Kal. Octob. anno exeunte.

III. Non. Majas MDCCXCII. lex rogata est, ut cathedrae de Institutione Canonica et de morbis artificum suspenderentur, et Decreto Precatorum VIII. Kal. Decemb. hae cathedrae tolluntur.

Decreto III. Virorum Patavini Studii V. Kal. April. MDCCXCII. Equiti Anglo Richardo Wynne in Aula (nomine H) Universitatis herma marmoreum erigendi data est facultas: *Alla memoria (Decreti verba) del benemerito P. Camillo Bonioli, che in gravissima malattia repristinò la di lui consorte.* Epigraphe et herma posita sunt in loco superiori prope januam Scholae Anatomiae. Ecce epigraphe:

CAMILLO · BONIOLI · LEONICENO  
 QVI · CHIRVRGIAM · FELICISSIME · ADMINISTRAVIT  
 AC · IN · GYMNASIO · SVMMA · CVM · LAVDE · DOCVIT  
 OB · VXOREM · DILECTISSIMAM  
 SANITATI · IAM · DESPERATAE · RESTITVTAM  
 RICHARDVS · WYNNIVS · EQVES · BRITANNVS  
 GRATI · ANIMI · MONVMENTVM · P.  
 III · VIRI · LITTERARII · LOC · DED · MDCCLXXXII ·

MDCCXCII.-XCIII. *Homobonus Pisoni Cremonensis, Medicinae theoricae extraordinariae Professor, Pro-Rector et Syndicus litt. VII. Kal. Octob. ann. MDCCXCII.*

MDCCXCIII.-XCIV. *Joannes Fiammengo, Philosophiae moralis Professor, Pro-Rector et Syndicus litt. XIII. Kal. Octob. MDCCXCIII.*

MDCCXCIV.-XCV. *Leopoldus Marcus Antonius Caldani Bononiensis, Medicinae theoricae primi loci Professor, Pro-Rector et Syndicus ex litt. prid. Id. anno exeunte.*

MDCCXCV.-XCVI. *Simon Co. Stratico, origine Cretensis, Matheseos et Nauticae theoricae Professor, Pro-Rector et Syndicus litt. prid. Kal. Octob. an. MDCCXCV.*

MDCCXCVI.-XCVII. *Leopoldus Marcus Antonius Caldani Bononiensis, Medicinae theoricae primi loci Professor, Pro-Rector et Syndicus ex litt. prid. Kal. Octob. anno super.*

MDCCXCVIII.-MDCCXCIX. *Simon Stratico.*

MDCCXCIX.-MDCCC. *Leopoldus Marcus Antonius Caldani.*

MDCCC.-MDCCCI. *Antonius Bonato.*

MDCCCI.-MDCCCII. *Leopoldus Marcus Antonius Caldani.*

**MDCCCII.-MDCCCIII.** *Andreas Comparetti.* XVIII. Kal. Jan. MDCCCII.  
vita functo sufficitur *Leopoldus Marcus Antonius Caldani.*  
**MDCCCIII.-MDCCCIV.** *Angelus Dalla Decima.*  
**MDCCCIV.-MDCCCV.** *Vincentius Malacarne.*  
**MDCCCV.-VI.** *Antonius Bonato.*

---

## PROFESSORES ARTIUM

---

### Schola Sacrae Theologiae.

*Tenentur ad hanc Scholam Theologi omnes qui biennio ipsi interesse debent antequam possint ad Lauream accedere. — Assignata hora tertia matutina diebus ordinariis.*

**MDCCLXXXVII.** Mag. *Antoninus Valsecchi* ex Dominicanis Observantibus utpote splendore doctrinae hanc cathedram exercebat, sic XI. Kal. Octob. an. MDCCXCI. auctum est illius stipendum ad flor. M. Sed brevi hoc augmentum duravit, nam Idibus Martii anni ejusdem, octuagenarium Deus ad se vocavit, ut meritum suis virtutibus praemium ipse in coelo adipisceretur. In ecclesia Fratrum Dominicanorum, adstante Sacro Theologorum Collegio, solemnes exequiae illustri Professori celebratae sunt, et studiorum Praefectus nostri Seminarii *Ferrari* eleganti funebri Oratione merita illius jure magnificavit (1). Epigraphe, quam adducimus, posita fuit prope epigraphem Pr. Serry, qui *Valsecchi* praecesserat.

---

(1) *Laudatio in funere F. Antonini Valsecchi Ordinis Praedicatorum in Patavino Gymnasio Sacrae Theologiae Professoris, habita Patavii in templo F.F. Praedicatorum a Joanne Baptista Ferrari in Seminario Patavino Studiorum Praefecto.* Patavii 1791, typ. Semin. — Vide quoque Federici, *Elogii d'illustri Ecclesiastici Veronesi*, Tom. III. — Pellegrini, *Notizie premesse alle Preliche Quaresimali*. Venzia 1792, in 4°, Rossi. Con ritratto.

**MEMORIAE**  
**ANTONINI · VALSECCHI · O · P ·**  
**DOMO · VERONA**  
**HABITIS · ITALIA · TOTA · CONCIONIBVS**  
**SACRIS · DOCTRINIS · EX · S · C · V · IN · GYMNASIO · TRADITIS**  
**RELIGIONIS · VERITATE · ET · DIGNITATE**  
**QVINIS · VOLVMINIBVS · VINDICATA**  
**DE · RE · CHRISTIANA · OPTIME MERITI**  
**PONTIFICVM · MAXIMORVM · VIRORVM · PRINCIPVM**  
**GRATIA · ET · FAVORE · HONORATI**  
**COENOBII · PATRES**  
**P · P ·**  
**DOCVIT · ANNOS · XXXIII ·**  
**DIEM · SVVM · FVNCTVS · IDIBVS · MARTII**  
**MDCCXCI ·**

Noster *Valsecchi*, qui fuit inter pensione gaudentes nostrae Academiae adscriptus, et doctas Dissertationes ibidem legit, unam quoque editam posuit in Tom. I. pag. 407 in speciminibus ipsius Academiae hoc titulo: *Sopra i vantaggi che dalla Filosofia speculativa ridondano alla società. Memoria.*

Operibus quae a Colle memorantur, sequentia adjicimus; fuerunt enim publicata post hujus celebris biographi tempus:

I. *Synopsis rerum quas anno proximo litterario tractabit F. Antoninus Valsecchi Ordinis Praedicatorum in Academia Patavina S. Theologiae Pub. Prim. Professor. Patavii, typis Seminarii, in 4.<sup>o</sup>*

II. *Riflessioni sopra la lettera responsiva intorno alla Quaresima appellante. In 8.<sup>o</sup> Ven. 1780. In difesa della Quaresima appellante del P. Concina.*

III. *Prediche Quaresimali ec. Opera postuma in 4.<sup>o</sup> Venezia 1792. — Denuo ibid. 1805. Tom. II. in 4.<sup>o</sup>*

IV. *Panegirici, Discorsi ec. Opera postuma in 4.<sup>o</sup> Bassano 1792.*

V. *Sopra i vantaggi che dalla Filosofia speculativa ridondano alla società. Memoria, de qua supra.*

**MDCCXCI.** III. Non. Nov. *Valsecchi* successit **R. P. M. Georgius Maria Albertini** Ordinis Praedicatorum Observ. cum stipendio CCCL. flor.

*Albertini* natus est Parenii, urbe in Istria. Ingressus Religionem S. Dominici, statim sacras scientias juvenibus sui Ordinis docere incepit, et tam docens, quam praedicans verbum Dei a sacris rostris per Italiam magnum nomen sibi acquisivit. Anno MDCCCLXXXVIII. Romam a Superioribus suis vocatus, illic munera conspicua, exercuit et gravissima mandata exhausit. Exinde Venetus Senatus ad hanc cathedram evexit, et fama optimi theologi gaudens cathedralm hanc exercuit usque ad annum MDCCCVI., in quo Theologia e nostris Scholis eliminata est. Tunc Venetias se contulit, inde Parentium patriam suam, et in illo Seminario Theologiam docuit. Illic anno MDCCCX. cursum vitae finivit. Justa Predonzanii Archipresbyter et Capitularis Vicarius Parentinae Ecclesiae, polita doctaque Oratione persolvit, qua ingenium eminentesque virtutes hujus illustris viri commendavit. Merito quidem, nam vir erat *Albertini* multa integraque pietate conspicuus, vasta eruditione doctrinaque pollens, religionis Ecclesiaeque animosus propugnator. Opera ejus quae typis edita, sunt haec:

I. *Dissertazione apologetica intorno le visite da farsi alle Chiese Cattedrali per acquistare il Giubileo.* Venezia 1777, in 4.<sup>o</sup>

II. *Elementi di lingua italiana.* Venezia 1780, in 8.<sup>o</sup>

III. *Osservazioni sull'antifilosofo militare.* Ferrara 1781, in 8.<sup>o</sup>, presso Rinaldi, senza nome dell'autore.

IV. *In funere Rev. Patris Paschalis a Varisivo etc.* Romae 1791, in 4.<sup>o</sup>

V. *Piano geometrico e scritturale per fissare un giusto punto nella cronologia degli anni del mondo, ec.* Venezia, presso Zatta, 1797, in 4.<sup>o</sup>

VI. *Acroases de veritate Religionis Christianae, et de Locis Theologicas.* Patavii 1798, in 4.<sup>o</sup>

VII. —— *de Deo Uno, Creatore, et Retributore.* Venetiis 1800, in 4.<sup>o</sup>

VIII. —— *de Trinitate, Incarnatione, Gratia Christi, et Religione.* Ibid. 1801, in 4.<sup>o</sup>

IX. —— *de Re Sacramentaria.* Ibid. 1802, in 4.<sup>o</sup>

X. —— *de Christianorum moribus etc.* Ibid. 1802, in 4.<sup>o</sup>

Contro queste Acroasi uscì per opera del P. M. Pellegrini bibliotecario della Zeniana: *In P. Georgii Albertini Pub. Theol. Prof. Acroases animadversionum theologicarum specimen.* Veron. 1803. Al che l'Albertini rispose con

XI. *Orationes duae, Epistolae tres, et Dissertatio contra Dominicum Pellegrini.*

XII. *Analisi del Discorso d'un filosofo, della Dissertazione del signor Ab. Baldi, e delle Riflessioni d'un Canonico sulla fine del mondo, ec. Venezia, presso Zatta, 1803, in 8.<sup>o</sup>*

XIII. *Acroasis theologica-dogmatica-moralis.* Venetiis, typ. Ant. Curti.

## Schola Theologiae Scotisticae Coenobitis Minoritis addicta

In hujus Scholae locum altera suffecta est quae ad Historiani  
Ecclesiasticam nuncupatur.

*Intersunt Scholae Historiae Ecclesiasticae Theologi anni primi, et Juristae anni  
secundi. — Assignata hora secunda matutina diebus extraordinariis.*

**MDCCXCI. XVI.** Kal. Jun. *D. Thomas Antonius Contini* Venetus obtinuit flor. DCX. Sed ann. aet. LXXIV. chronicō nervico morbo in Coenobio suorum Theatinorum defunctus est, et merito lacrymae omnium eum ad sepulcrum comitatae sunt VII. Id. Maji anno MDCCXCVI.

**MDCCXCVII.** Mortuo *Contini*, III. Viri rei litterariae successorem dare neglexerunt. Quum Venetorum imperium corruit, illustres cives, qui summam rerum Patavii gerebant, ex Decreto postrid. Kal. Aug. MDCCXCVII. in suum Theologum *P. Placidum Mariam Tadini* ex Ordine Carmelitarum elegerunt, et postea alio Decreto IV. Non. Oct. ejusdem anni hanc Theologiae cathedram CCC. flor. stipendio ei commiserunt. Accepimus hunc Professorem docta elucubrataque Oratione, ex qua inauguratum fuit qui quantusque vir ad cathedram accederet, diem quo ingressus, qui fuit prid. Non. Nov., celebravisse. Attamen jampridem celebri existimatione colebatur.

*Placidus Maria Tadini* igitur, nunc S. R. E. Cardinalis, et ad Archiepiscopatum Genuensem evectus, Monte Calvo in Casalis Dioecesi natūs est V. Idus Octob. anno MDCCLIX. Adhuc adolescens Carmelitarum claustra ingressus est, ibique litteris humanioribus penitus haustis, theologicas disciplinas, in quibus laurum adeptus est, Parmae absolvit. Ibi quoque, duce celeberrimo Pagini, graeca hebraicaque linguis se se imbuit. In tantam autem celebritatem doctrinae ascendit, ut per duodecim annos theologicarum disciplinarum scientiam per multas Italiae urbes perdocens, ad se ex exteris locis auditum accurere plurimos cerneret discipulos. Hic quoque, Patavii nimirum, an. MDCCXC. in coenobio Carmelitarum Theologiam docuit. Aliqua ejus scripta ita nominis famam effuderunt, ut Parmae Magistratus, nec non aliqui Episcopi Pedemontani

illum ut Theologiam doceret in suam Dioecesim invitaverint. Sed conditionem non accepit, maluitque inter nos, qui eum admirabamur, morari. At eo quod miti modestoque ingenio, omnique eruditionis sapientiaeque luce fulgebat, in invidiam, ut fere fit, malorum hominum ignororumque impedit, quae invidia acer- rimum illi bellum molita est. Hinc Patavii domicilium reliquit MDCCXCVIII., et primum Parmam, deinde Alexandriam Ligurem concessit, ubi privatum he- braicam graecamque linguam docuit. Hic etiam, roganibus urbis Principibus, Philosophiam docuit anno MDCCCVII., et Scholarum totius Provinciae mode- ratio illi demandata fuit, atque ibi, redeunte in suum regnum *Victorio Emma- nuele*, ad docendam Logicam et Metaphysicam ab ipso accitur. Romam vocatus ann. MDCCCXXIII. Moralis Theologiae in Archigymnasio Sapientiae Professor eligitur, et a Leone XII. examinator Cleri, deinceps Episcoporum constituitur. Religionis Catholicae Academia in Socium cooptavit, et eo tempore fuit ex illis qui Ephemeridem ecclesiasticam, quae typis edebatur Romae, conscribebant, et in qua ejus articuli siglis P. T. fuerunt notati. Pontifex Maximus Pius VIII., cui erat carissimus, munus Consultoris Congregationis Indicis ei demandavit, sed ei Providentia Romam in domicilium non constituerat; nam Carolus Felix anno MDCCCXXIX. Pedemontium accivit, et in Episcopum Bugellae elegit. Tandem Carolus Albertus, Sardiniae munificentissimus Rex, qui novus Augu- stus litteris, artibus virisque doctis favet (1) et alit honoribus, eum condecora- vit munere a Consiliis Status, et ad Archiepiscopatum Januae evexit. In hanc sedem translatus fuit anno MDCCCXXXI. XVII. Kal. Sept., et postea postrid. Non. April. anno MDCCCXXXVI. in Cardinalium Collegium cooptatus est.

Quae autem typis edita habemus haec sunt:

I. *Propositiones critico-dogmaticae de vera Religione, quas publice propugnandas exhibet P. Petrus Steffani Vicetinus in Patavino Studiorum Collegio Ordinis Carmelitarum Sacrae Theologiae Auditor.* Typis Seminarii Patavini, 1792, in 8.<sup>o</sup> — In fine: *Disputationi praeerit P. Joannes Antonius Tadini Carmelita, Sacrae Theologiae Doctor et Lector.*

II. *Dissertatio de Prophetis.* Patavii, typis Seminarii, 1795, in 8.<sup>o</sup>

III. *Poema hebraice editum in nuptiis Nani-Toffetti.*

---

(1) Libentissime, gratoque animi sensu modos suavissimos perenniter recordabor, quibus inclytus ille Rex me exceptit, cum me in ejus conspectum Marchio et Eques *Caesar Saluzzo*, vir virtute et ingenio spectatissimus, adduxit. Est mihi gloriae quoque meminisse praeclarissimam munificentiam, qua oblatum Operis mei exemplar retribuit. Ipse enim me sua imagine aureo numismate cusa, quam semper venerabundus intuebor, meoque nomini sociata donavit.

**IV.** Bodoni *Vita stylo epigraphico typis edita.* Parmae in Bodon. Typ.  
**V.** *Odae Alcaicae.* Ibid.

**VI.** *Inscriptiones Latinae.* Ibid.

**VII.** *Sulla protezione accordata dai Principi alle lettere ed ai lette-  
rati. Discorso.* Alessandria.

**VIII.** *Notizie politico-storiche sul Sinedrio degli Ebrei. Opuscolo di  
Placido Tadini, Direttore delle Scuole d'Alessandria, e Socio dell'Accade-  
mia delle Scienze ed Arti.* Alessandria, per Vittorio Alanzat, 1807, in 4.<sup>o</sup>

**IX.** *Synodus Dioecesana Genuensis ab Em.<sup>mo</sup> ac Rev.<sup>mo</sup> Fr. Placido Ma-  
ria Ordinis Beatissimae Mariae Virginis de Monte Carmelo, Dei miseratione  
tituli S. Mariae Traspontinae S. R. C. Presbytero Cardinali Tadini Archie-  
piscopo Genuensi habita in templo metropolitano diebus 10. 12. 13. Septem-  
bris 1838. Genuae, ex typographia Archiepiscopali, in 4.<sup>o</sup>*

**X.** *Homeliae et Epistolae Pastorales, partim Bugellae, partim Januae  
typis editae, quae collectae typis demandatae fuerunt hoc titulo.*

## Schola Sacrae Scripturae.

*Intersunt Theologi anni secundi. — Assignata hora secunda matutina  
diebus extraordinariis.*

**MDCCXCIII.** *Josepho Mariae Pujati* Saciliensi, monacho Cassinati, III.  
Kal. Febr. auctum fuit stipendium ad flor. CDXXX.

*Pujati* in dandis lectionibus perstitit ad annum usque MDCCXCVII., in  
quo a cathedra abscedens annuam pensionem flor. CL. obtinuit. Janseonicarum  
doctrinarum studiosus fautor, vehementes adversarios nactus est. Tamen Tam-  
burini Professoris in Papiensi Universitate, et Ricci Episcopi Pistoriensis fami-  
iliaritate fulciebatur.

*Polcenici*, qui est in agro Forojuliensi vicus, hic Professor natus est prid.  
Non. Aug. ann. MDCCXXXIII., et illum celebrem *Pujati*, qui tanta existima-  
tione donatus, in hoc ipso Patavino Archigymnasio Medicinam docuit, habuit  
genitorem. Adhuc adolescens Ordini Minorum Reformatorum sese addixit; sed  
postea, anno scilicet MDCCXLVIII., ad Congregationem Clericorum Regula-  
rium Somaschae pertransiit. Studiorum cursu multa laude Vicetiae absoluto,  
ad Collegium Somaschorum, ut amoeniores litteras doceret, Brixiam missus est.  
Inde ab illo Collegio ad Clementinum Romam, ut easdem litteras doceret, per-  
rexit, et ibi postea docendae Theologiae munus illi commissum fuit. Illic in Ar-

cadas ~~Academicos~~ nomine *Deiphili Calidonii* cooptatur. Aliquot theses theologiae, quas edidit, perpetuas illi amaritudines paravere. Ut se ab acribus adversariis amoliretur, Deo vivere tantum, sibique proposuit, Somascham, montanum vicum agri Brixiani, confugiens. Sed compotem voti non eum fecerunt ejus Praepositi, atque idcirco Somaschorum Congregationem deditans anno MDCCCLXXII. S. Benedicti claustra ingreditur, et in Monte Cassino rigidorem ducere ~~viam~~ *constituit*. Post aliquot annos, amicorum hortationibus obsecundans, domicilium ~~monasterii~~ ad S. Pauli non longe ab Bergomo habitavit, atque postea ex illo, ut *tyrannos* Theologiam doceret, in monasterium S. Justinae Patavii pertransiit, unde ad hanc cathedralm, ut dictum est, evectus est. Postquam ab hac Universitatis Schola abscessit, in Prataleae monasterium secessit, et cum illud anno MDCCCX ex Decreto clauderetur, Venetias profectus ibi aeterno somno oculos clausit Non. Febr. ann. MDCCCXXIV. (1).

Opera quoque illius edita sunt:

I. *Annotazioni sopra le Annotazioni pacifice di un Parroco Cattolico al Vescovo di Pistoja e Prato.* Italia 1788. — L'Autore delle *Annotazioni pacifice* era il ch. Ab. Marchetti.

II. *Dialoghi tra un Ecclesiastico ed un Laico sopra lo spirito della Religione Cristiana circa il sollevarsi e ribellarsi de' sudditi contro i loro Sovrani.* Italia 1797.

III. *Lettere dell'Autore dei Dialoghi al Canonico Muzzani, che aveva pigliato a confutarlo.* 1800.

IV. *Esposizione della dottrina della Chiesa Cattolica intorno alla materia di controversia ec. di M<sup>r</sup> Bossuet.* Traduz. dal francese. Venezia 1790.

V. *Almanacco Encicopedico per l'anno 1791.* Ivi.

VI. *Almanacco per l'anno 1792.* Ivi.

VII. *Agli amatori della vera pietà e sana dottrina sopra gli undici tomi delle lettere del Duguet stampate in italiano dal Pezzana.* 1793.

VIII. *Meditazioni sopra la Epistola di S. Paolo ai Romani.* Traduzione dal francese. Padova 1784.

IX. *Quattro Lettere a M<sup>r</sup> Languet sopra le promesse fatte alla Chiesa.* Pavia 1792. — L'Autore francese delle Lettere è l'Ab. Le Gros.

X. *Riflessioni di un Italiano sullo stato dei Regolari.* Opuscolo unito

---

(1) De Pujati longum articulum habet in *Biographia Universale*: in plures citatis *Notizie giornaliere* multis in locis de nostro Professore agitur.

*alle Viste politiche di un solitario, che possono servire di supplemento alla celebre Opera dei signori Abati B.... e B. sugli Ordini Regolari.* Ven. 1785.

XI. *Sacro Triduo precedente l'annua festa di santa Barbara.* Ravenna (senz'anno).

XII. *Lo spettacolo della Natura. Poema. I primi quattro Canti.* Venezia 1803.

XIII. *Traduzione in terza rima del poemetto di M. Antonio Mureto La istituzione dei fanciulli, e di una Elegia intitolata La Cioccolata.* Ivi 1805.

XIV. *Il Tojano, villa nel Bolognese.* In verso sciolto. Ivi 1810.

XV. *Esame della opinione dei moderni Millenari Cattolici, riprodotta e difesa, del regno visibile in terra di Gesù Cristo.* Ivi 1814.

XVI. *Dissertazione sulla origine di Subbiaco.* Ivi 1816.

XVII. *Saggio di Ermeneutica sacra.* Ivi 1819.

XVIII. *Considerazioni sopra i varii sensi dei Profeti, con un saggio di spiegazione di Joele.* Ivi 1821.

XIX. *La Solitudine, e Marta e Maria. Cantiche quattro in ottava rima.* Ivi. 1820. 1821. 1823.

XX. *Articoli e Lettere negli Annali ecclesiastici di Firenze dall'anno 1780 al 1793, nel Giornale letterario ai confini dell'Italia dall'anno 1780 al 1784, nell'Antologia di Roma, nel Giornale della letteratura italiana, che si pubblica in Padova, nelle Novelle ecclesiastiche di Parigi, ec.*

## Schola Metaphysicae.

*Intersunt Theologi omnes. — Assignata hora secunda matutina  
diebus ordinariis.*

MDCCXCIII. Kal. Sept. stipendium Loviselli Ab. Joanni auctum fuit ad flor. CDL. Hic doctus metaphysicus, mathematicus et astronomus natales dies sortitus est Patavii Non. Febr. MDCCXLIII. In patrio Seminario alacriter humaniores litteras scientiasque tam sacras quam profanas didicit, et jam ex natura sua acumine ingenii praeditus erat, laboris operisque patiens, et magis ardua et abstrusa cognoscere appetebat; maximam habilitatem quoque in Archimedis sublimibus studiis ostendebat. Idcirco dignus fuit qui alumnos Seminarii Mathematicam doceret. Ex schola, ut a Colle habemus, ad cathedram hanc transiit, quam tenuit usque ad ann. MDCCCIII., in quo III. Kal. April. ad meliorem vitam ascendit.

*Loviselli interim fuerat subrogatus ex Decreto prid. Kal. Oct. MDCCCI.*  
*Olivetanorum Abbas Caesar Baldinotti, qui XV. Kal. Dec. solemniter Scholam*  
*iniiit; sed de illo in Parte I. Vol. seq. loquemur.*

### Schola Medicinae Theoricae primi loci.

*Intersunt Medici omnes anni tertii vel quarti, prout Professor in prima vel secunda*  
*curriculi sui parte versatur. — Assignata hora prima matut. diebus ordin.*

**MDCCLXXXVIII.** *Leopoldus Marcus Antonius Caldani hanc Scholam*  
*usque ad annum MDCCCVI. regebat. Plura de illo superius in hoc Volumine*  
*diximus.*

### Schola Medicinae Theoricae secundi loci.

*Intersunt Medici anni tertii vel quarti, prout contigit eo anno Professori Physiologiam*  
*vel Pathologiam tradere. — Assignata hora prima matutina diebus ordinariis.*

**MDCCXCIII.** III. Kal. Febr. *Gallino stipendium ad flor. D. augetur. De*  
*hoc celebri viro, Italiae ornamento, qui dedit usque ad nostra tempora lectio-*  
*nies, ut ejus fama, quam sibi acquisivit, meretur, nos diffuse loquemur. Hic so-*  
*lum dicemus, ex Decreto Imp. IV. Idus Julias ann. MDCCXCVIII. remotum*  
*fuisse a cathedra, ad quam postea ex Decr. Non. Dee. MDCCCV. revocatur.*

V. Kal. Sept. ann. MDCCXCVIII. ut Professori *Gallino succederet voca-*  
*tus a Veneto Gubernio fuit Joannes Baptista Carburi, Marci frater. Hic antea*  
*theoricam, inde practicam Medicinam in Taurinensi Universitate docebat larga*  
*mercede. Cum pensionem divitem obtinuisse, Parisios perrexit, ibique fuerat a*  
*Cousiliis Regis et Reginae. Gallicum tumultum fugiens, Patavium venit; hic*  
*per aliquot annos in nostra Universitate docuit; Caldani illi patrocinabatur,*  
*quem alumnum discipulumque Bononiae habuit. Obiit Patavii anno MDCCCI.,*  
*relicta filia.*

### De tertio Medicinae theoricae loco Patavinis addicto flor. XX.

**MDCCLXXVIII.** *Melchior Capovilla in nostris annalibus inscribitur us-*  
*que ad annum MDCCCIIV.*

## Schola Medicinae practicae primi loci.

*Intersunt Medici anni tertii vel quarti, prout eo anno Professor vel de febribus agit,  
vel de morbis particularibus. — Assignata hora secunda matut. dieb. ordin.*

MDCCCLXXXIX. V. Non. Octobr. *Andreas Comparetti* Forojulieusis sli-pendium obtinuit flor. DCCC. Anno vero MDCCXCV. Non. Septemb. auctum meruit flor. M.

Sed per breve tempus heu! Universitas nostra honore tantum virum possidendi gavisura erat; nam immitis mors tam carae vitae stamen XIII. Kal. Januar. ann. MDCCCII. rescidit.

Vicinali, qui vicus est in Forojulii Agro, prid. Kal. Octobr. MDCCXLVI. *Comparetti* primas vitae auras hausit. Franciscus pater, materque Maria Trevisan, filii educationem Coenobitis Societatis Jesu commisere. Ex illis praceptores in rebus mathematicis physicisque Panigai, Boscovich, ambos celeberrimos viros, nactus est, et in ipsis disciplinis mirabilem ingenii sui sublimitatem patetfecit. Quin immo Theologiae quoque studere coepit, et hanc quoque penitus hausit. Non est autem silentio prætereundum, quod virtutem scientiamque ejus maxime praceptores admirantes, saepenumero ad S. Ignatii insignia induenda hortati sunt, sed frustra. Nam ille petere Patavium inhiabat, ut ibi acrius physicis rebus, immo etiam medicis, ad quas natura impelli videbatur, incumberet. Relictis igitur Jesuitarum Scholis, Antenoris urbem petiit, atque hic Colombo, Morgagui aliorumque illius temporis celeberrimorum Professorum lectiones audivit.

Eodem tempore, quo medicas Scholas *Comparetti* frequentabat, vir quoque immortalis famae Scarpa alumnus lectiones audiebat. Porro evenit, ut Morgagni auctor verusque judex morum et acris ingenii, quo isti sui alumni pollebant, III. Viris rei litterariae, qui Magistratus insignia induentes anatomorum principis domum salutatum adierunt, dixit: *Questi due giovani saranno due grandi uomini, che faranno grande onore all'età nostra, allo Stato, e si renderanno molto utili alla Medicina.*

Cum laurum Doctor adeptus esset, Venetas, ut medicam scientiam exerceret, perrexit, ubi citius doctus expertusque medicus Opere quoque typis edito, cui titulus: *Occursus Medici*; innotuit.

Hujusmodi rerum ratio, quas p[re]e manibus habeo, re quidem vera exquireret, ut identidem de merito singulorum Operum, quae nostri Professores excellentia ediderunt, aliquid dissererem; sed brevitas, quam mihi proposui, nec

non parva existimatio quae hac aetate seriis hisce studiis tribuitur, me dolentem cogunt a via terenda recedere: idcirco de Operibus *Comparetti* loqui omittens, sistem tantummodo, ut alias feci, in viris adducendis, qui sincero tutoque judicio de illo loquuti sunt (1).

Hoc Opus tam elucubratum eumdem Professorem ad hanc cathedram evexit, quam summa commendatione et fama decoravit ad ann. usque MDCCCI, quo vehemens morbus sex dierum spatio tam illustrem vitam abscedit. Ille socius pensione gaudens nostrae Academiae erat adscriptus, nec non plurimis aliis valde praeclaris.

Fratres Professoris hoc elogium in ejus sepulcro inscribi voluerunt in Ecclesia Divae Sophiae:

MEMORIAE  
ANDREAE COMPARETTI FOROIVLIENSIS  
IN PATAVINO LYCEO MEDICINAE THEORICO - PRACTICAE  
PROFESSORIS PRIMARII  
CLINICAE SCHOLAE IN PVBLICO NOSOCOMIO  
INSTAVRATORIS  
INGENII VI ATQVE VBERTATE  
MVLTIPLICI DOCTRINARVM COPIA  
NEC PAVCIS NEC VVLGARIBVS SCRIPTIS  
DE MEDICA ARTE  
AEQVE AC DE PHYSICIS DISCIPLINIS  
EGREGIE MERITI  
IN MEDIO GLORIAE CVRSV ACERBA MORTE PRAEREPTI  
FRATRES AMANTISSIMI  
LAPIDEM AC TITVLVM  
DESIDERII ATQVE HONORIS TESTEM  
P. P.  
OBIIT ANNO CHRISTI MDCCCI.  
AETATIS SVAE LV.

(1) Consulendum igitur est *Palmaroli* in suo specimine, cui titulus: *Saggio sopra la vita letteraria di Andrea Comparetti ec. Venezia 1802, in 8.<sup>o</sup>*

*Post memorata a Colle ejus alia Opera sunt:*

**I.** *Prodromo di un Trattato di Fisiologia vegetale, diviso in due Parti.*

*Padova 1791-1799.*

**II.** *Saggio della Scuola clinica dello Spedale di Padova. Ivi 1793.*

**III.** *Riscontro clinico nel nuovo Spedale. Ivi 1799.*

**IV.** *Regolamenti medico-pratici. Ivi.*

**V.** *Osservazioni sulla proprietà della china del Brasile. 1794.*

**VI.** *Novelles recherches sur la structure organique relativement à la cause des mouvemens de la sensitive commune. In Vol. V. Des Mémoires de l'Acad. R. de Turin, 1793.*

**VII.** *Lettera al celebre ab. Boscovich sulla teoria dell'arco celeste. — Opuscoli di Milano.*

**VIII.** *Riscontri medici delle febbri larvate perniciose. Ivi 1795.*

**IX.** *Observationes dioptricae et anatomiae comparatae de coloribus appartenibus, visu et oculo. Patavii 1798, in 4.<sup>o</sup>*

**X.** *Dinamica animale degli insetti. Ivi 1800.*

E vivis erepto Comparetti anno MDCCCI., ut supra vidimus, successor interim datur Decreto Austriaci Gubernii Idib. Febr. anno MDCCCI. Doctor **Franciscus Fanzago.** Is per totum scholasticum ann. MDCCCV.-MDCCCVI. e cathedra artis praecepta tradidit magna cum laude; sed anno MDCCCVI. ad alias cathedras, ut dicemus, eligitur.

### Schola Medicinae practicae loci secundi.

*Intersunt Medici anni tertii vel quarti, prout Professor vel de febribus agit, vel de morbis particularibus. — Assignata hora secunda matutina diebus ordinariis.*

**Joseph Bertossi Utinensis**, cui auctum est V. Kal. Dec. ann. MDCCXCIII. ad CM. flor. stipendium, ut in posterum dicemus. A nostro Historiographo est praetermissum, quod Professori eidem IV. Kal. Aug. MDCCLXXXVI. stipendium flor. CL. auctum fuit.

### De loco tertio practicae Medicinae Patavinis proprio flor. XX.

**Jacobus Maggioni** civis Patavinus, natus est anno MDCCXL. In patrio Arthigymnasio Medicinae se se applicuit, et, ut memorat *Colle*, hanc cathedram

obtinuit an. MDCCLXV., quam occupavit usque ad annum MDCCCVI. *Maggioni* fuit Academicus Recuperatus, et Cubicularius Episcopi Nic. Antonii Justiniani, atque civiles etiam Magistratus sustinuit. Exercuisse medicinam videatur; et cum submerso puero vitam servasset, aureo numismate a Triumviris Salutis publicae donatus fuit. Hoc dedit *Maggioni* ansam typis edendi Operis, cui titulus: *Relazione diretta al sig. dott. Saverio Manetti in data 5 Maggio di quest'anno 1769, di un sommerso nella Brenta, e con diversi sussidii medici ravvivato dal sig. Giacomo Maggioni pubblico Professore di Medicina pratica nello Studio di Padova.*

Plura a *Maggioni* typis edita habemus ob discessum Venetorum Praetorum Patavio. Singula enumerare propter nimiam eorum brevitatem opus non est; satis est recordari carmina in libro, cui titulus: *Omaggio poetico con un elogio a S. E. Girolamo Giustiniani che termina il cospicuo suo governo di Capitanio e Vice-Podestà in Padova. Ivi, Stamperia del Seminario, 1796, 4.<sup>o</sup>* — Anno MDCCXIV. ejusdem cura prodierant *Poesie pel solenne ingresso dello stesso alla Prefettura di Padova*. Epistolas volumini utrique praemissas ipse conscripserat.

### Schola Philosophiae loci primi.

*Intersunt Medici anni primi si Professor Physicam generalem, secundi vero si particularem pertractat. — Assignata hora secunda matutina diebus ordinariis.*

MDCCLXXXIX. X. Kal. Jan. Petrus Zuliani flor. CC. augmentum stipendii obtinuit, quod ad alios flor. CL. ascendit prid. Id. Dec. an. MDCCXCII., et tandem VII. Id. April. MDCCXCVI. ad alios flor. CM.

In Atimis vico Forojulii prid. Kal. Decemb. ann. MDCCXXXIX. primam auram vitae hausit. Per annos viginti moratus in patria est; cum se se incitari ad studia sentiens, relictis parentibus, Patavium se contulit, et hic in Seminario philosophicis studiis statim addictus cito condiscipulis praecelluit, atque progressu temporis docendi Philosophiam honorem adeptus est. Anno MDCCLXVI. in re theologica lauro est redimitus, sed majori amore erga mathematicas, hydraulicas physicasque scientias correptus est, quam erga theologicas, illisque explicandis in tantam nominis famam ascendit, ut ad hanc Cathedram vocatus fuerit. Orta quaestione inter mathematicos agitata, quaenam melior lex esset, cui Medoacus subjici posset, adjunctus est a Veneto Senatu illis viris qui propositionem ab architecto Artico latam perpendere debebant. Viri autem isti, quos

*habuit collegas, Giordani, Riccati, Nicolai, Cristiani, et Cossali erant; viri scilicet spectatissimae famae.*

Proposito praemio a Mantuana Academia illi, qui melius programma dis- solveret. « Quali vantaggi o danni, e in quale stato d'acqua produca nel sistema generale d'un fiume la molteplicità de' suoi sbocchi nel mare. Con quali principi se ne debba fissare il numero e la direzione, e con quali pratiche stabilirne la sussistenza massimamente per le acque scarse, e per l'opposizione dei venti; » eo, inquam, praemio ipse donatus est. Deinceps observationibus suis experimentum celebris March. Poleni de gravibus cedentibus super mollia corpora subjecit; propugnavit, et alia dissertatione confirmavit communem mensuram velocitatis, quam servant fluida, quae per vasorum foramina exsilient; scripsit quoque de repellentibus viribus, et de principiis, quae fluidorum naturam constituunt. Zuliani obiit Patavii XIV. Kal. Januar. ann. aer. vulg. MDCCCLXIV.

Opera quoque ejusdem edita sunt:

- I. *Propositiones ex universa Philosophia.* Patavii, typ. Seminarii, 1777.
- II. *Memoria della forza ossia azione d'una vena d'acqua che esce da un vaso e colpisce direttamente un piano.* È posta nei *Saggi dell'Accademia di Padova*, Tom. III. pag. 337.
- III. *Memorie tendenti ad esaminare i nuovi principii d'Idraulica del signor Bernard, stampati in Parigi nell'anno 1787.* — L'esame di questa Opera formò in appresso soggetto di programma, e di un premio offerto ai dotti dalla illustre Società Italiana delle Scienze.
- IV. *Dissertazione sopra il quesito: Quali vantaggi o danni, e in quale stato d'acqua produca nel sistema generale d'un fiume la molteplicità de' suoi sbocchi nel mare ec.; presentata al concorso del MDCCXCIII.... coronata dalla R. Accademia di Scienze e Belle Lettere di Mantova.*  
Ivi 1795, Pazzoni, in 4.<sup>o</sup>

### Schola Philosophiae loci secundi.

*Intersunt Medici anni primi vel secundi, prout Professori contigit Physicam generalem vel particularem tradere. — Assignata hora secunda matutina diebus ordinariis.*

*Albertus Zaramellini* Patavii nobili genere natus Kalend. Aprilis anno MDCCXXXVIII., et in Collegio ad S. Crucis, quod Clerici Regulares Somachae regebant, educatus est. In patrio Archigymnasio postea ad studium Ae-

sculapii se convertit, et lauro tempora cinxit. Sed multo ardentius litteras amoeniores et rationales scientias, quam Medicinam amplexatus est. Petuit et obtinuit anno MDCCCLXV. Logicae cathedram, sed anno MDCCCLXX. volens Respublica Veneta in Insulis Jonicis educationi publicae consulere, accitis illustribus Professoribus, Corcyram, ut Philosophiam doceret, *Zaramellini* misit. Per quinque annos, ut Senatusconsultum indicabat, illic moratus est, et situs illius insulae ansam illi praebuit, ut Aegei insulas, Troadem, oras Africae Asiaeque Minoris perlustraret, cuius itineris descriptionem accuratam dedit, quae apud nepotem *Julium Zaramellini* inedita remansit. Nostra Academia ille fuit adscriptus inter pensione gaudentes socios. Hunc mors rapuit X. Kal. Octob. an. MDCCXCIV.

Illi habentur typis editae *Riflessioni intorno all' Imitazione considerata come principio attivo morale*. Nei *Saggi dell' Accademia di Padova*, Tomo II. pag. 404.

Non. Sept. ann. MDCCXCV. ut *Zaramellini* vices gereret Triumviri rei litterariae *Dominicum Paccanaro* Vicetinum stipendio flor. CCC. elegerunt. Mortuo *Zuliani*, ex Imperiali Decreto prid. Id. Martias an. MDCCCV. auctum illi fuit stipendum ad flor. D. Sed ad breve tempus hic Prof. *Paccanaro* inter nos moratus, atque hoc stipendio fruitus est, quia V. Id. Aug. ejusdem anni mors improba eum rapuit *Sclavonio* rure ejus patria prope Marosticae castrum. De illo habemus: *Elementi di Matematica ad uso delle pubbliche Scuole di Venezia. Parte Prima e Seconda.* Venezia 1795, in 16°.

### De Philosophia loco tertio Patavinis addicto flor. XX.

MDCCCLXXXVIII. *P. M. Jo. Hieronymus Ponti* Patavinus, Ord. S. Hieronymi, Congreg. B. Petri de Pisis, hanc Scholam regebat ann. MDCCCV.; anno vero sequenti obiit.

### Schola Anatomiae.

MDCCCLXXXVII. De *Leopoldo Marco Antonio Caldani*, qui lectiones habuit post annum MDCCCVI., in tertia hujus Operis parte loquemur.

MDCCXCVII. XV. Kal. Januar. *Leopoldo* Assistens datus est ejusdem nepos *Florianus Caldani*.

## Schola Mathematicae et Nauticae theoricæ.

*Intersunt Medici anni tertii, quibus liberum est eligere anni scholastici initio utrum hanc Scholam adire malint, an Scholam de morbis etc. — Assignata hora prima matutina diebus extraordinariis.*

**MDCCEXXXVII.** *Simon Co. Stratico Venetus, origine Cretensis, docuit usque ad annum MDCCXCVII.*

Cum Veneta Respublica occidisset, et brevi occupationi Venetarum Provinciarum, quas tenebant Galli, Dominium Austriacum successisset, *Stratico* jussus est mense Aug. ann. MDCCXCVIII. Patavio abire, et sibi domicilium in aliqua urbe veneta eligere.

Universitate relicta non amplius docuit.

*Simon Stratico Jaderae natus est anno MDCCXXXIII. Adhuc adolescens Patavium venit, ubi sub patris disciplina suam institutionem moralem litterariam hausit. In Archigymnasio nostro postea scientiis philosophicis et Medicinae se se sacravit, et laurum doctoris obtinuit. Statim oblata est illi in eodem Archigymnasio Medicinae cathedra, ex qua ad mathematicas et physicas disciplinas tradendas transivit, ut ex Colle accipimus.*

Anno vero MDCCLXI. ex Senatusconsulto a Schola amovetur, ut comes Legationis daretur, quam Veneti ad Georgium III. miserunt de illius ad Angliae solium evectione gratulatum. In eo regno aliquandiu *Stratico* moratus est, et consuetudines, mores et quidquid ad artes mechanicas et scientias spectabat, quas tanto amore colebat docebatque, illic didicit.

Regressus Patavium cognitionum multarum variarumque praedives, elucubrato sermone nostram Academiam tenuit, quae nuper nata eum statim inter socios pensione donatos adscripsit.

Regalis Societas quoque Londini in album Sociorum eum misit.

Anno MDCCCI. a Regno Italico ad cathedram vocatus est artis Nauticae in Universitate Papiensi, et etiam ibidem Professoris Physicae vices gessit cathedram ascendens quam immortalis *Volta* reliquerat. Admissus fuit postea in Comitatu publicae educationis, inde Praeses Collegii ad opera hydraulicia Mutinensis Ducatus, et tandem pontium aggerumque in Italico Regno moderator generalis fuit. Sed aliis honoribus cumulatus optimus *Stratico*. Anno enim MDCCCI. collega Instituti Italici eligitur, et ad Senatoris gradum elevatur, et Legionis Honoris et Ferreae Coronae dignitate decoratur.

Nec minus carus *Stratico* fuit *Napoleoni*, quam Augusto Imperatori FRANCISCO I. qui Professorem ipsum emeritum ordine Crucis Leopoldi honestavit, pensionemque Senatoris huic confirmavit.

Mediolani tandem postrid. Id. Julias ann. MDCCCXXIV. decrepita annorum XCI. aetate gloriosum vitae stadium persolvit.

Herma atque inscriptio prope januam Scholae Physicae experimentalis in hac Universitate illum posteritati commendant. Inscriptio autem ejusmodi est:

SIMONI IO. BAPT. F. STRATICO COM. DOMO IADERA  
EQVITI ORD. LEOPOLDI ET COR. FERR.  
IN ITALIAE INSTITVTVM  
PLVRESQ. EVROPÆ DOCT. VIR. COETVS COOPTATO  
ARCHIGYMNASII PATAV. ET TICIN.  
PHYSICES ET NAVTICES DOCTORI EMERITO  
COMMENTARIIS IN VITRVVIVM POT. IO. POLENVM  
MVLTISQ. OPERIBVS EDITIS CLARISSIMO  
XVII. K. AVG. AN. MDCCCXXIV. AETATIS XCI.  
MEDIOLANI VBI SENATOR FVERAT DEFVNCTO  
EQ. IO. BAPT. FRATRIS FILIVS ET IOSEPHVS BELLORI  
EX TESTAMENTO HEREDES HONORIS CAVSA POSVERE

Opera multa et maxima variis temporibus edidit, quorum catalogum exhibemus; multa inedita tamen reliquit, quae ad sui auctoris honorem et ad publicam utilitatem edi mererentur.

- I. *Oratio habita in Gymnasio Patavino. Patavii, apud Cominum, 1764, in 8°.*
- II. *Raccolta di proposizioni d'Idrostatica e d'Idraulica. Ivi 1773, in 8°.*
- III. *Teoria compita della costruzione e del maneggio dei bastimenti. Traduzione dal francese d'Euler con note. Ivi 1776, in 8° fig.*
- IV. *Elementi d'Idrostatica e d'Idraulica. Ivi 1791, in 8°.*
- V. *De duabus formis archetypis aeneis ad antiquum numisma majoris moduli pertinentibus disquisitio. Veronae 1791, in 8° fig.*
- VI. *Dell'antico Teatro di Padova. Padova 1795, in 4° fig.*
- VII. *Vocabolario di marina nelle tre lingue italiana, inglese e francese. Milano 1813-1814, Vol. 3 in 4° fig.*

- VIII. *Esame marittimo teorico-pratico, ovvero Trattato di Meccanica applicata alla costruzione ed alla manovra dei vascelli. Traduzione dal francese di don Giorgio Juan, e di Levèque, con osservazioni.* Ivi 1819, Vol. 2 in 4.<sup>o</sup> fig.
- IX. *Bibliografia di marina nelle varie lingue d'Europa, ossia Raccolta dei titoli de' libri, i quali trattano di quest'arte.* Ivi 1823, in 4.<sup>o</sup>
- X. *Osservazioni sopra vari effetti della pressione dei fluidi.* Inserite nelle *Memorie della Società Italiana.*
- XI. *Della inclinazione delle sponde negli alvei dei fiumi.* Inserita negli *Atti dell'Istituto Italiano.*
- XII. *Saggio dei principii dai quali dipende il giudizio delle opere di Architettura civile. Parte I. e II.* Ivi.
- XIII. *Dei bastimenti a remi da guerra degli antichi.* Ivi.
- XIV. *Sul Fluctus decumanus o decimus dei poeti latini, e sulla trichimia o terza ondata degli scrittori greci.* Ivi.
- XV. *Sulla declinazione dell'ago magnetico.* Ivi.
- XVI. *Saggio storico sugli specchi ardenti.* Ivi.
- XVII. *Discorso sopra l'architettura gotica.* Ivi.
- XVIII. *Dissertazione sopra alcuni fenomeni magnetici.* Ivi.
- XIX. *Osservazioni sull'architettura delle scale.* Ivi.
- XX. *Sopra le leggi d'agitazione dei fluidi contenuti in vasi oscillanti.*  
Nei *Saggi scientifici letterarii dell'Accademia di Padova, Tomo III., pag. 242* con tavole.
- XXI. *Intorno ad un fenomeno della rifrazione della luce.* Ivi, Tom. II.  
pag. 185.
- XXII. *Della confluenza dei fiumi. Parte seconda delle Memorie intorno alle foci o sbocchi dei fiumi.* Ivi, Tom. III. pag. 114.
- XXIII. *Discorso recitato nell'Accademia delle Belle Arti di Milano.* Inserito negli *Atti della stessa Accademia.*
- XXIV. *M. Vitruvii Pollio architectura, cum exercitationibus J. Poleni, et commentariis variorum.* Utini 1825 et seq., Vol. 4 in 4.<sup>o</sup>
- XXV. *Sui pregi del disegno.* Ved. *Giornale Da Rio, Tom. XXV.* pag. 281.

## Schola Physicae experimentalis.

MDCCLXXXVIII. *Simon Co. Stratico* domo Venetiis IV. Kal. Septembr. MDCCXCIII. hanc Scholam obtinuit. De eo plura locuti sumus in Schola superiori.

**Schola Medicinae theoricae extraordinariae,**  
cujus titulus mutatus est, et inscribitur:  
**Schola Medicarum Institutionum.**

*Intersunt Medici anni secundi. — Assignata hora matutina ante primam,  
Gymnasii campana sonante diebus ordinariis.*

MDCCLXXXVIII. *Homobonus Pisoni* Cremonensis hoc anno, et usque post annum MDCCXCVII. hanc cathedram tenuit. Anno vero MDCCXCIII. ex Decreto IV. Kal. Septembr. auctum ei stipendium fuit ad flor. MCD.

**Schola de morbis mulierum, puerorum et artificum,**  
cujus titulus nunc mutatus est  
**De morbis artificum, puerorum et oculorum.**

*Intersunt Medici anni tertii, quibus liberum est anni scholastici initio decernere, utrum hunc malint Professorem audire, an Mathematicum. — Assignata hora prima matutina diebus extraordinariis.*

MDCCLXXXVIII. *Petrus Antonius Dalla Bona* Veronensis, Joannis Professoris filius usque ad annum MDCCXCII. tenuit hanc Scholam, donec Senatusconsulto VIII. Kal. Decembris ejusdem anni abrogata fuit. Tamen Senatusconsulto postea prid. Non. Octobr. ann. MDCCXCIII. stipendium illi decernitur, quod obtinuit ad ann. usque MDCCC., quo ad superos evolavit.

## Schola Medicinae practicae in Nosocomio.

*Intersunt Medici anni tertii et quarti. — Assignata hora ante primam, Gymnasii campana pulsante diebus ordinariis.*

*Joanne Prof. Dalla Bona* ann. MDCCLXXXVI. vita functo, Decreto III. Kal. Octobr. ann. MDCCLXXXVII. *Andreas Comparetti*, ut suppleret, huic Vol. I.

Scholae destinatur. Decreto postea V. Kal. Jun. ann. MDCCCLXXXIX. confirmatur Lector additis flor. CC. illi stipendio, quo ut Professor primarius Medicinae practicae fruebatur.

**MDCCCII.** Mortuo *Comparetti* interim suspectus fuit illius adsistens Doct. *Dominicus Marani* Venetus, sed anno subsequenti MDCCCVI. eligitur *Bondioli Petrus Antonius* pro-regali Decreto. De illo sermo erit in Parte I. alterius Voluminis.

## Schola Philosophiae moralis.

*Intersunt Juristae et Theologi anni primi. — Assignata hora prima matutina diebus extraordinariis.*

**MDCCCLXXXVII.** *Silvester Silvestri* ad annum exeuntem MDCCXC. usque lectiones tradidit. Natus est prope Vicetiam, et in Vicetino Seminario studiorum cursum persolvit. Ibi quoque docuit, sed, Seminario relicto, petiit Venetias, ubi inopia pressus aliquandiu vixit, donec in patriciis domibus ob adolescentum aliquorum institutionem litterariam exciperetur. Sed agrestes mores non illi amorem conciliarunt; at potens favor Triumviri Patavinarum litterarum Reformatoris ad hanc cathedram ipsum evexit, quam tamen post breve tempus letifico pulmonum morbo confectus reliquit.

**MDCCXCI.** VIII. Kal. Octobr. successit *Silvestro Silvestri* Ab. *Joannes Fiammengo* cum stipendio flor. CCC. praeter expectationem. Patavium patria *Fiammengo* fuit, ubi luci oculos aperuit anno MDCCXXIII. Postquam theologicas scientias penitus hausit, in quibus laurum consequutus est, et meruit ut in Theologorum collegium conscriberetur; toto fervore ad studia pulcherrimarum litterarum se se convertit. Multa facilitate latine scribebat, sed mediocri vena in poesi a natura donatus. Hanc cathedram concendens multum a praeclarissimo *Stellini* praedecessore suo abfuit. Hic Professor propter nimiam loquendi mordacitatem et virulenta scripta in gravia mala impegit. Die autem XIV. Decembr. ann. MDCCXCVIII. aetatis suaee ann. LXXIV. mortalem cursum consummavit. Eiusdem Opera haec habentur:

I. *Orazione nel solenne ingresso al Vescovado di Padova di S. E. Reverendissima Mons. Nicolò Antonio Giustiniani.* Trovasi nella Raccolta di prose e poesie pubblicate in detta occasione. Padova, nella Stamperia Conzatti, 1773, in 4.<sup>o</sup>

II. *Laudatio in funere Clementis XIV. P. O. M., habita Patavii in templo*

*divi Antonii IX. Kal. Decembr. MDCCCLXXIV.* Ibid. 1775, ex typ.  
Seminarii, in 4.<sup>o</sup>

**III. La Fama. Sciolti.** Trovasi nella Raccolta pubblicata in morte di Mons. Gi-nolfo Sperone degli Alvarotti. Ivi 1782, pel Conzatti, in 8.<sup>o</sup>  
Post obitum *Fiammengo* nullus in hac Schola Professor suffectus est.

## Schola Astronomiae, Geographiae et Meteororum.

*Intersunt Medici anni secundi. — Assignata hora secunda pomeridiana  
diebus ordinariis alternis.*

**MDCCCLXXXVI.** Hoc anno adhuc *Joseph Toaldo* cathedram tenebat, et  
anno **MDCCXCII.** stipendium ad M. flor. auctum illi fuit.

In studiis inque suis perscrutationibus indefessus Saros excogitavit, nimirum periodum, quam in meteorologicis phaenomenis esse observavit. Idcirco ab exteris Academiis praemio donatus fuit, quarum multis, nec non et nostrae inter pensione gaudentes socios adscriptus fuit. Ex catalogo dissertationum *Toaldi*, quas exhibituri sumus, facile est argumentari quam operosus fuerit.

Hujus operositatis perennis memoria extabit in una Ephemeride astro-meteorologica ab omnibus valde aestimata, quam incepit ab an. **MDCCCLXXXIII.**, et ad ultimum vitae suae diem, qui fuit III. Id. Nov. **MDCCXCVII.**, continuavit. Non sunt tacendi honores, quibus eum Ferdinandus Neapolis Rex prosequutus est, qui cum anno **MDCCXCI.** Patavium venisset, per illud tempus, quo hic moratus est, sibi *Caldani*, *Cesarotti* et *Toaldo* comites esse voluit.

In ridentibus Bericis collibus, in vico S. Laurentii de Planicie magnus hic vir III. Idus Julii ann. **MDCCXXIX.** natus est. Patavinum Seminarium illius educatione honestatum fuit, ubi philosophicum mathematicumque orbem alacer percurrit. Conditioni suaee convenientia ecclesiastica studia persolvit, et ab Episcopo Rezzonico Archipresbyter Montisgaldae adhuc juvenili flore vige-scens electus fuit. Nunquam muneri suo operam minuens tempus aucupabatur, ut severioribus studiis quoque animum adderet, et horas succisivas observationibus computationibusque dicaret. Ita fama hujus viri in his studiis percolendis percrebuit, ut splendorem progressumque scientias habituras esse quicunque autumaret. Venetus Senatus aequa justitiae lance meritum perpendens, illo Professore Patavinam Universitatem decoravit.

Sequens inscriptio, quam sibi vivens fecit, et super sepulcro ponni jussit, nunc in communi Coemeterio legitur, illuc ossibus ex S. Agathae aede translatis.

IN DIEBVS ILLIS FVIT HOMO QVIDAM  
 NOMINE IOSEPH TOALDO  
 QVI COELVM EIVSQVE CONDITOREM STVDIOSE COLVIT  
 NEC NON DVLCES AMICOS ET PROBOS OMNES  
 NVNC HOC SVB LAPIDE QVIESCERE VIDETVR  
 D. O. M. SIT ILLI PROPITIVS  
 AMEN

VIXIT AN. LXXVII. OBIIT ID. NOVEMB. MDCCXCVI.

- Alia quae habemus Toaldi Opera, praeter enumerata a Colle, haec sunt:*
- Discorso sopra i barometri, che contiene la difesa della esperienza del Leibnizio.* Trovasi nel Tomo V. del Giornale di Modena.
- Emendazione dei barometri e dei termometri.* Trovasi nel Giornale d'Agricoltura stampato in Venezia dal Milocco.
- De aestu reciproco maris Adriatici.* Trovasi nelle Transazioni della Società Reale di Londra per l'anno 1776.
- Des changemens de temps et d'une faute de M<sup>r</sup> de Luc sur la boule du thermometre.* Journal de Rozoyer, 1779.
- De l'impulsion de la lune sur le barometre.* Nella Collezione accademica di Berlino, 1779.
- Degl'influssi lunari, in risposta alle obbiezioni dell'abate Frisi.* Giornale di Pisa, 1782.
- Latitudo speculae et urbis Patavinae ac longitudo geographica.* Nei Saggi dell'Accademia di Padova, Vol. I.
- Descrizione d'una distinta aurora boreale osservata in Padova il 29 Febbrajo 1780.* Trovasi nella medesima Collezione accademica.
- Tavole di vitalità.* Padova 1787, in 4.<sup>o</sup>
- Confronto delle stagioni coi principali prodotti della campagna.* Ivi 1787, in 8.<sup>o</sup>
- Metodo facile di descrivere gli orologi solari, ossia Trattato di Gnomonica.* Venezia 1789, in 4.<sup>o</sup>
- Memoria della qualità fisica delle plaghe.* Saggi dell'Accad. di Padova, Vol. II.
- Epistolae duae ad Simonem Assemanum de globo coelesti-cusico Borgiano.* Patavii 1790, in 4.<sup>o</sup>
- De calore lunari.* Negli Atti dell'Istituto di Bologna, Vol. X.
- Del viaggiare. Lezione accademica.* Venezia 1791, in 8.<sup>o</sup>

*Schediasmata astronomica.* Patavii 1797, in 4.<sup>o</sup>

*Istruzione popolare sull'Orologio oltramontano.* Padova 1797, in 16.<sup>o</sup>

*Fenomeno di alcune vampe di caldo in mezzo al freddo.* Trovasi nelle Memorie della Società Italiana, Vol. VI.

*Investigatio caloris plurimorum Italiae locorum.* Nella Coll. Acc. Pad. Vol. VI.

*Riflessi sopra i colpi di fulmine.* Nella Collezione suddetta.

*Del passaggio d'Annibale per l'Apennino, e della marcia da esso fatta per la Toscana.* Nella stessa Collezione.

*Della siamma volante, ossia globo di fuoco degli 11 Settembre 1784.* Nella stessa Collezione.

*Giornale astro-meteorologico, dall'anno 1773 al 1798.* Padova 1773-1797, Vol. 25 in 8.<sup>o</sup>

*Sbozzo della costituzione meteorologica degli anni 1783-1784 ec.* Senza luogo, 1785, Tom. 2 in 8.<sup>o</sup>

*Del conduttore elettrico posto sul campanile di S. Marco in Venezia.* Venezia 1776, in 4.<sup>o</sup>

*Nuova apologia dell'uso dei conduttori metallici a preservazione degli edifici.* Padova 1774, in 4.<sup>o</sup>

*Completa raccolta di Opuscoli intorno la Meteorologia.* Venezia 1802, Tomi 4 in 8.<sup>o</sup>

#### Opere inedite.

*Epoca della gran muraglia della Cina.*

*Spiegazione del fenomeno osservato dagli Olandesi che videro dal mar Glaciale il sole molti giorni prima che doveva comparire.*

*Illustrazione del Timeo di Platone.*

*Illustrazione del planisfero in bronzo acquistato dal Cardinal Borgia.*

*Pensieri sui presentimenti dei corpi aerei.*

*Quadro della storia astronomica e stato presente dell'Astronomia.*

*Sui fenomeni dell'antiperistasi.*

*Di tre soli veduti.*

*Sul piacere del dolore.*

*Impressioni della luna sulle nascite e le morti.*

*Dei viaggi e scoperte di Marco Polo. Emendazione del Codice delle sue Opere.*

*Differenza del livello tra Padova e Venezia col barometro.*

*Sulla meridiana del Salone di Padova.*

*Sulla misura del passo e piede veneto.*

**MDCCXCVII.** Mortuo *Toaldo*, ex Decreto X. Kal. Decembr. a Gubernio Democratico interim constitutus Professor *Vincentius Chiminello* Marosticensis, qui, sicut a *Colle* dictum est, nominatus fuerat ab anno MDCCLXXIX. Astronomus *Toaldo* adjunctus. De *Chiminello* in tertia hujus Operis Parte.

## Schola Medicinae, Chirurgiae et Anatomes comparatae.

*Intersunt Chirurgi omnes. — Assignata hora secunda pomeridiana diebus ordinariis.*

Parma *Orus* natum vidi anno MDCCL. ex *Jacobo* natione Gallo, qui illuc vocatus fuerat, ut Medicus veterinarius regalibus equilibus Ducis *Philippi Bourbon* adsisteret. Pharmaceuticam Chymicamque perbene addidicit, quibus gra- phidem conjunxit, et ab Academia Parmensi in hac arte praemiis donatus fuit. Aetate annorum XVIII. a Duce Parmae electus fuit, ut se se ad Scholas Veterinarias Parisios conferret, in quibus tantum profecit, ut illustris sui Profes- soris *Bourgalat* amorem et aestimationem nactus fuerit, ideoque iste Senatui Veneto eum in nostrae Scholae Professorem proposuerit.

Sed vir, a cuius multa doctrina et operibus plurima ad publicam utilita- tem expectabantur, admodum immatura aetate ann. XLII. Patavii V. Kal. Oct. ann. MDCCXCII. mortem obiit, et in ecclesia S. Jacobi sepultus est, superpo- sita hac epigraphe, quae illinc translata in Sacrario S. Mariae Carmelitarum legitur :

A. Ω.  
PIIS MANIBVS  
IOSEPHI ORVS PARMENSIS  
PVRIORVM LITTERARVM ET PHILOSOPHIAE  
CVLTORIS SOLERTISSIMI  
OB SPLENDIDVM INGENIVM  
LVTETIAE PARISIORVM FELICITER EXCVLTVM  
IN PATAVINVM GYMNASIVM EX VENETI S. C. ADVOCATI  
POST ANATOMEN MEDICINAM ET CHIRVRGIAM COMPARATAS  
ITALIAE ANTEA VIX NOTAS  
TVNC PRIMVM EODEM INVECTAS  
POST ILLAS VOCE SCRIPTIS OPERE

IN FINITIMARVM EXTERNARVMQVE LATE REGIONVM  
 VTILITATEM  
 TRADITAS ET ACTITATAS  
 POST TOT MVNERA SVMMA CVM LAVDE OBITA  
 ET VITAM FAMAE PLENAM AC DECORIS  
 PISSIMA MORTE FVNCTI  
 V. KAL. OCTOB. A. M. DCC. LXXXII. AETAT. SVAE XXXII.  
 ANTONIA PORTA VXOR MOERENTISSIMA  
 AETERNVM FIDEI ET DESIDERIVM SVI  
 M. P. C.

*Praecipua Opera, quae typis edita manent, sunt:*

*Metodo facile per la cura della contagiosa malattia appellata cancro volante.* Si legge nelle Novelle Venete al mese di Gennajo 1776, n.º 332.

*Metodica cura della infiammazione di petto de' bovini.* Ivi, n.º 334.

*Trattato medico-pratico di alcune malattie interne degli animali domestici.*

*Opera postuma.* Bassano 1793.

Hujus editionem optime meritae conjugi *Antoniae Porta* debemus. Plura alia Opera ac scripta *Orus* reliquit, inter quae memorandum est illud, quod in forma catechismi jussus est contexere, cui titulus: *Il famigliare esercizio della Medicina comparata ad uso degli agricoltori, ed un Dizionario indicante la spiegazione dei termini di Medicina.*

Haec Opera et alia, ut dictum est, lucem publicam non viderunt, et forsan aliqui, quos pennis pulcherrimis aliorum se se formosos exhibere non pudet, haec tempore suo jactabant.

Postquam *Orus* mortuus est, haec cathedra ordinario Professore caruit: non ideo tamen diu vacua remansit; nam *Antonius Rinaldini* jam alumnus, adjutor et comes in variis Legationibus, quas illustris Professor *Orus* obiit, aliquam lectionem habebat. Anno MDCCXCVII. *Rinaldini* ex Decreto novi Democratici Gubernii eligitur *Orus* successor stipendio flor. CCC. Sed de illo in extrema hujus Operis parte fusius loquemur.

## Schola Chirurgiae.

*Intersunt Chirurgi anni primi et secundi. — Assignata hora tertia matutina  
diebus ordinariis.*

**MDCCXCI.** Kal. Junias *Camillo Bonioli* auctum fuit stipendium ad floren. **CML.** Sed mors nostrae Universitatis splendidum hoc ornamentum paucis post mensibus abstulit. Leonicum nobile amoenumque castrum in agro Vice-tino fuit hujus viri patria. Illic natus est **XVI.** Kal. Febr. ann. **MDCCXXIX.** Duobus vero fratribus suis debitor fuit, ut institutionem in litteris, et in elementis theoreticis practicisque Chirurgiae hauserit. Ut magis hujus artis salutaris se imbueret cognitionibus, ad nostram Universitatem se contulit, ubi lectiones *Morgagni* audivit, et postea Florentiam adiit, et illic nosocomium ad S. Mariae Novae frequentavit per quatuor annos medicis chirurgisque celeberrimis illius urbis probatissimus. Perlustratis Hetruriae omnibus nosocomiis, Bononiam per-rexit, ubi in arte chirurgica magis magisque penitus introspectus. Venetiis tandem sistens solida perennique existimatione Chirurgiam exercuit, praeclarissimo *Stella* adjunctus. Vocatus *Bonioli*, ut *Vandalli* succederet, nomen immortale in nostra Universitate reliquit. Fuit quoque inter primos socios nostrae Academiae pensione fruentes adscriptus, sed tam illa, quam nostrae Scholae brevi tempore tantum virum possidere gloriatae sunt. Nam corporis constitutio, quae robusta non erat, tot acerrimis studiis debilitata, anno aetatis sexagesimo secundo post longos morbi cruciatus ita eum confecit, ut Idib. Nov. an. **MDCCXCI.** mors ad meliorem vitam illum transduxerit. Condoluere omnes ejus obitum tamquam communem calamitatem. Antequam tamen moreretur, ipse voluit, ut sua scripta comburerentur, et testamento jussit, ut extra Ecclesiae valvas corpus sepeliretur. Superstites filii carissimae patris memoriae hanc epigraphem posuere:

**MEMORIAE CAMILLI BONIOLI LEONICENI**  
**QVI OB SINGVLAREM PERITIAM ET DOCTRINAM**  
**AD PROFITENDAM EX SEDE PRIMA CHIRVRGIAM**  
**SEN. VEN. DECR. PATAVIVM ACCITVS GLORIAM ALIBI PARTAM**  
**DOCENDO ET MEDENDI VSV AMPLIFICAVIT**  
**VIXIT ANN. LXII. MENS. IX. DIES XIII.**  
**OBIIT IDIB. NOVEMBR. CIICCCXCI.**  
**MAGNO BONORVM MOERORE ATQ. HIC**

**VOLENS HVMILI LOCO CONDITVS FVIT  
FECERVNT FILII MOESTISSIMI  
PATRI BENE MERITO**

*Praeter Opera a Colle memorata Bonioli etiam habemus:  
Ricerche critiche sopra le ferite d'arma da fuoco. Leggesi negli Atti dell'Accademia di Padova, Tom. III. pag. 19.*

*Memoria sopra le cancrene, nella quale si dimostra quanto sia inutile e dannoso il metodo volgare di cura sì riguardo ai tagli, demolizioni, adustioni ec., come all'uso interno della china-china, riconosciuta indistintamente come uno specifico in siffatti mali. Ivi, Tom. I. pag. 16.*

*Memoria sopra l'opinione comune, che non possano guarirsi senza pericolo le piaghe vecchie, e che in alcuni edemi delle gambe non debba farsi uso delle fasciature. Ivi, Tom. III. pag. 43.*

*Memoria sopra le cancrene.* Letta alla stessa Accademia.

Stipendio flor. DL. anno MDCCXCIV. Idibus Martii *Bonioli Vincentius Malacarne* successit <sup>(1)</sup>, qui Salutiis in Pedemontio natus est. De hoc Professore, qui aliquot annos post MDCCCXL munus sustinuit, in tertia hujus Operis Parte loquemur.

### **Schola Chirurgiae practicae in Nosocomio.**

*Intersunt Chirurgi omnes. — Ass. hora ante primam mat. pulsante campana dieb. extr.*

**MDCCXCV.** Non. Maji *Joanni Sograffi Cretensi* ad flor. MCCC. stipendum crevit. Sed de illo in tertia Parte loquemur.

### **Schola Obstetriciae.**

**MDCCXCIV.** *Petrus Sograffi Cretensis, Joannis Professoris filius* augmentum flor. LXX. obtinuit. Ab Universitate autem Gubernii Generalis Decretum IX. Kal. Sept. ann. MDCCXCIX. eum amoverat, sed aliud Decretum XVIII. Kal. Januar. ann. MDCCCVI. in cathedra repositum. De hoc illustri viro plura locuturi sumus tam in tertia, quam in ultima Parte nostrorum Fastorum.

---

<sup>(1)</sup> Ejus electio alicui vel invido, vel mordaci, vel faceto non placuisse visa est; nam in vulgus hic lepidus jocus prodiit: *Amisimus bonum oleum, et admisimus malam carnem.* Sed puto hoc ad subrusticos *Malacarne* mores allusisse, qui tamen magni nominis in sua scientia tradenda vir fuit.

## DE HORTO MEDICO

---

**MDCCLXXXIX.** V. Kal. Jun. *Joannes Marsili Venetus*, flor. CC. ad stipendium additis, muneratus est. Idem usque ad annum MDCCXCIII. suo in munere honorifice perstitit, sed aetate proiectus ac viribus sensim destitutus, Adjutorem sibi efflagitavit atque obtinuit mense Septembri. Fuit hic *Josephus Bonato Bibliothecae publicae Custos*, qui anno sequenti MDCCXCIV. litteris Triumvir. VI. Kal. Septembr. datis *Marsili substitutus* est.

Pontebae prid. Non. Junii ann. MDCCXXVII. *Marsili* ortus est. Optimam educationem nactus, maximam utilitatem sibi paravit. Florentiae, ubi diu moratus est, *Cocchi* carissimus fuit, atque ex ejus consuetudine classicorumque lectione accurata expolitum perspicuumque stilum in scribendo conformavit. Postea Galliam Angliamque lustravit, et linguis harum gentium assatim haustis, notionibus biographicis bibliographicisque se se ditavit. In his quoque itineribus Botanicem cognoscere optavit, quam Venetiis summo studio et voluptate colebat. Haec scientia tamen nunquam fecit ut a studio linguarum latinae italaeque, in quibus cum magna venustate et lepore scribebat, amoveretur, vel tantillum amoris praecipui erga illas demeret. Ad hanc Botanicae cathedram evectus plurimis novis plantis Horto decus addidit, et amoenum sumptuosumque exoticarum variarumque arborum nemus instituit. Fuit etiam Academiae Patavinae pensione gaudens socius, ibique plures doctos elegantesque sermones legit. In claustrō primo Coenobii Patrum Minorum Conventualium sepultus est, et *Gennari* vir doctus defuncto amico hanc epigraphem posuit:

H. S. E.

IOANNES MARSILIUS DOMO VENETIIS  
 QVI CVM POLITIORE HUMANITATE REI HERBARIAE PERITIA  
 TRANSALPINIS PEREGRINATIONIBVS INCLARVISSET  
 IVLIO PONTEDERA BOTANICES PROFESSORI CLARISSIMO  
 SEN. VEN. DECRETO SVFFECTVS  
 EVM LOCVM XXX. ET AMPLIUS ANNOS CVM LAVDE TENVIT  
 DE HORTO MEDICO OPTIME MERITVS  
 VIX. AN. LXXII. M. XI. DEC. VII. ID. MAI. CICCIICCVC.

*Quae typis Marsili edidit, haec sunt:*

*Jani Philophili Symposiani ad Th. Jos. Farsettium Elegia.* Haec inserta fuit pag. 65 Opusculi cui titulus: *Josephi Farsetti Patricii Veneti, Equitis Hierosolymitani Commendatarii Carminum Libri duo.* Venetiis 1763. Reperitur etiam in aliis eorumdem Carminum editionibus, in quibus insuper ante librum primum exstat distichon ipsius *Marsili*, seu *Jani Philophili*, in Operis laudem. Farsetti vero pag. 59 et 46 hujus editionis 1763 Epigramma atque Elegiam habet ad *Janum Philophilum Symposianum*.

*Due Strambotti per l'Accademia de' Granelleschi*, della quale era socio.

Stanno nel Tom. XV. della Raccolta del Trento.

*Novella.* È a pag. 157 della *Notizia de' Novellieri Italiani posseduti dal Co. Anton-Maria Borromeo*. Bassano 1794, in 8.<sup>o</sup> gr. — Novelletta scritta con eleganza sopra un caso accaduto a' tempi del *Marsili* in Firenze.

*Iscrizione latina posta sul sepolcro di Eduardo Worthley Montagu Inglese.* Si legge nel Chiostro degli Eremitani di Padova, e reca l'anno 1776. Di essa e del Professore si parla nella *Mumiographia Musei Obiciani exarata a P. Paulino a S. Bartholomaeo*. Patavii 1799, in 4.<sup>o</sup>, pag. 13. « Hoc » monumentum et epitaphium Worthleyo posuit *Marsilius celeberrimus* » quidam in Patavino Gymnasio Botanices Professor, defuncti Worthleyi » praeclarus curator. »

*Descrizione della sirmiana, albero esotico che ha portato fiori e frutti nel pubblico Giardino de' Semplici di Padova.* Sta nel Vol. I. dei Saggi scientifici e letterarii dell'Accademia di Padova, pag. 106. Ivi 1786, in 4.<sup>o</sup>

*Memoria del genere, e d' una specie di phyllolacca.* Trovasi nel Vol. III. Parte I. dei detti Saggi, pag. 104. Ivi 1794, in 4.<sup>o</sup>

*Del citiso degli antichi.* Sta fra le Memorie dell'Accademia di Scienze, Lettere ed Arti di Padova, pag. 138. Ivi 1809.

*La Casa. Stanze rusticali.* Venezia, dalla tipografia Andreola, 1830, in 8.<sup>o</sup>, per le Nozze Baglioni Zustiniani Recanati. Editore fu il ch. Pietro Santini Medico-fisico, che le trasse da un codicello a lui somministrato dall'eruditissimo nostro sig. ab. Bettio Bibliotecario. Queste Stanze sono scritte con assai purezza di lingua.

*Notizie del pubblico Giardino de' Semplici di Padova, compilate intorno all'anno 1771.* Padova, coi tipi del Seminario, 1840, in 8.<sup>o</sup>

*Dei Patrizii Veneti dotti nella cognizione delle erbe, e dei loro Ortibotanici più rinomati.* Ivi 1840, in 8.<sup>o</sup>

*De Josepho Bonato* pluries ac fusius in hac nostra Historia agendum erit. Opera tunc temporis ab illo vulgata haec sunt:

*Metodo di curare la tenia.* Padova 1775.

*Jul. Pontedera Epistolae ac Dissertationes. Tomi duo.* Ibid. 1791, in 4.<sup>o</sup>

Ipse vero editor utrasque adnotationibus illustravit, eisque auctoris vitam praeposuit.

## Schola Simplicium.

*Intersunt Scholae Medici anni secundi. — Assignata hora prima pomeridiana diebus ordinariis.*

**MDCCXCV.** *Angelus Co. Dalla Decima* Cephalenius ex Triumvir. Studii Patavini Decreto V. Kal. Decembr. augmentum flor. CC. obtinuit. Sed de eo plura in tertia et extrema Parte nostrorum Fastorum.

## Schola Agriculturae experimentalis.

*Arduini Petrus* V. Kal. Jan. MDCCLXXXIX. flor. DCCCL. obtinuit, qui creverunt usque ad M. ex Decreto XVI. Kal. Januar. MDCCXCV., et magna cum laude Scholam regebat usque ad annum MDCCCV. quo tempore cum summo omnium moerore animam efflavit XIII. Kal. Aprilis. De tanto Professore plura dicere deberemus; nihilominus pauca, quae a clarissimo Professore *Catullo* hausimus, satis erunt ad eum agnoscendum.

Caprinum in agro Veronensi fuit hujus celeberrimi Botanici patria, et natus est anno MDCCXXVIII. Hanc scientiam penitus cognoscendi avidus Patavium venit auditum immortalis *Pontedera* lectiones, cuius Adjutor et Horti Botanici Custos ann. MDCCLIII. factus est. Praeceptore e vivis erepto fuit illi ejusdem Horti cura commissa, quia ejusdem Scholae, ut a *Colle* dictum est, sub *Marsili* Adjutor esse desiverat.

Professor *Catullo* narrat, quod *Arduini*, antequam Patavium veniret, ardentissimum amorem erga botanicum studium inspiraverit celebris *Sequierius* Nemausiensis botanicus, quem comes in itineribus per Montem Baldum ad herbas illic visendas et cognoscendas ipse sequebatur.

Quinque ab annis *Pontedera* adsistebat, cum tanquam primum suaे scientiae in re botanica argumentum edidit Opusculum, cui titulus: *Animadversionum botanicarum specimen*.

Hoc Opus exquisitissima eruditione copiosisque observationibus refertum gratiore laudes a celeberrimo *Linneo* ita illi promeruit, ut in existimationis signum novum plantarum genus *Arduinianum* vocaverit; et cum illo epistolarum commercium deinceps instituerit.

Sub id tempus, nempe post annum MDCCLVII., toto nisu *Arduini* ad usus plantarum quae praesertim medicinae et artibus inserviunt, assatim cognoscendos se se dedit. Hinc Senatui Veneto proposuit, ut Professor Botanicae medicinalis eligeretur, qui malis gravissimis occurreret, quae ex pravo plantarum medicinalium usu proveniebant. Sed *Arduini* argumenta non profuere, nec cathedra instituta. Attamen Venetus Senatus, qui praemiis alliciebat, et eos donabat qui utiliter operam impendebant, ut artes scientiaeque progrederentur, laudibus ac muneribus ejus observationes super Botanicae cum medicina, artibus agriculturaque applicatione honoravit.

Cum autem Agriculturae experimentalis cathedra a Veneto Senatu institueretur, statim in mentem venit *Arduini* eam petere, et supplicem libellum ad Seuatum misit, quem Professor *Catullo* in suo scripto edidit. Doctrina et utiles, amplae vastaeque cognitiones quas in re agraria ostenderat, cum literam Triumviris Gymnasii Patavini scripsit, ad hanc Agriculturae cathedram, quae prima in Italia fuit constituta, viam patefecerunt. Ut vero magis utile Agriculturae studium redderetur, Hortus duodecim camporum, ut a *Colle* fertur, adsignatus fuit, de quo accuratiores notitiae habebuntur, cum de Museis nostrae Universitatis loquemur.

Gratum de sua electione *Arduini* se se ostendit, et ut gratias referret, totis viribus se se huic Horto dicavit, et plurima illic egit. Egregios discipulos dedit, inter quos existimationem magnam non tantum ex patre, quam ex se revera filius *Aloysius* promeruit, qui cum antea adsisteret patri, postea fuit ejus successor, ut dicemus.

Praeter multas Academias agrarias et litterarias quae illum in socium adscriperunt, non omittenda est nostra, quae illum inter socios pensione fruentes cooptavit; et plures Dissertationes in Actis editae argumentum validissimum sunt tum scientiae, tum operositatis tanti Professoris.

Opera ejus edita, praeter illa quae a *Colle* memorantur, ut a Prof. clariss. *Thom. Catullo* habemus, sunt:

*Saggio di una Memoria intorno ai modi di perfezionare l'agricoltura negli Stati della Serenissima Repubblica di Venezia, relativamente all'accrescimento dei bestiami negli Stati medesimi.* Trovasi nel Giornale d'Italia,

*Tom. V. 1769.* — Fu ristampata anche nel Tom. VI. delle Memorie per servire all'avanzamento dell'agricoltura negli Stati Veneti.

*Nota dei frumenti di varie specie coltivati nei campi della pubblica Scuola agraria nel 1769, e rassegnati all'Eccl. Magistrato dei beni inculti, e Deputazione all'Agricoltura.* È nel Giornale d'Italia, Tom. VI. pel 1770.

*Descrizione dei Saggi rassegnati nel 1770 agli Eccl. signori Riformatori dello Studio di Padova, e coltivati nei campi della Scuola agraria.* Ivi. *Sei Lettere responsive a quelle dirette all'Autore da cospicui soggetti circa materie economiche.* Ivi, Tom. XI.

*Memoria sopra l'uso dell'erba pimpinella per uso di foraggio e di pascolo al bestiame cornuto.* Trovansi nel Giornale d'Italia, Tom. VII. della seconda serie per l'anno 1783.

*Memoria sopra le varie specie di olchi, ossia saggine.* Inserita nel Tomo I. degli Atti dell'Accademia di Padova.

*Memoria sopra il genere delle piante avenacee che sono o esser possono usate per alimento o foraggio.* Ivi, Tom. II.

*Trattato dei grani compresi dai Botanici sotto la generica denominazione di orzo.* Ivi, Tom. III.

*Memorie sopra alcune specie di logli, intorno le loro proprietà ed usi.* Trovansi nella Raccolta delle Memorie di Agricoltura per lo Stato Veneto.

*Trattato sopra la coltura di alcune specie di gramigne poste dai moderni Botanici sotto la generica denominazione di bromi, le quali servir possono per formare dei prati artificiali.* Le specie in questo scritto illustrate sono le seguenti: *Bromus arvense. Secalinus. Secalinoides. Mollis. Squarrosus. Sterilis. Tectorum. Giganteus. Pinatus spina angusta acuta. Pinatus spina eruta. Dictachius. Hispánicus. Scoparius.* Questo scritto postumo sta inserito nei Nuovi Saggi dell'Accademia di Padova, 1809.

*Trattato del genere del frumento, nel quale si mostra gli usi economici delle numerose specie in esso contenute.* E sono le seguenti: *Triticum Aestivum. Trimestre. Hybernum. Compositum. Turgidum. Adoreum. Coeruleum. Gallicum. Typhinum. Africanum. Alexandrinum. Polonicum. Calepense. Spelta. Monococcum etc.*

*Trattato del genere della segala, con la coltura delle specie seguenti: Secale cereale. Villosum.* Questo Trattato termina con una breve Memoria *Sulla malattia alle segale più comune, conosciuta più particolarmente con la denominazione di ergot, ossia di grano a sperone.*

*Trattato di osservazioni e di sperienze sopra la coltura e gli usi di alcune specie di piante tigliose, che servir possono in certi casi agli usi della canape e del lino.* Le piante che formano il soggetto di questo Trattato, sono: *Althaea officinalis. Hybicus syriacus. Malva spicata. Asclepias fruticosa. Asclepias syriaca. Ricinus communis. Urtica nivea. Urtica cannabina. Urtica dioica. Morus alba. Morus papyrifera (Broussenetia papyrifera). Populus nigra. Populus fastigiata. Populus heterophylla. Populus alba. Populus tremula. Sperticum junceum (henista). Stipa tenacissima. Lygeum spartum etc.*

*Trattato sopra varie piante leguminose o papilionacee utili all' agricoltura per la formazione dei prati artificiali, tanto nelle pianure che nelle colline.* Esse sono: *Hedysarum coronarium. Lotum corniculatum. Coronilla varia. Trigonella foenum graecum etc.*

*Trattato sopra diverse specie di piante di radice tuberosa, le quali possono essere atte alla panizzazione, singolarmente in occasione di carestia.* Esse sono: *Glycine apios. Solanum tuberosum. Helianthus tuberosus. Helianthus annuus. Orobus tuberosus. Lathyrus tuberosus. Beta cicla.*

*Dissertazione intorno ai modi ed ai mezzi generali di migliorare l' agricoltura.*

## Schola Chymicae theoricae et experimentalis.

MDCCXCV. Kal. Jan. *Marco Co. Carburi Cephalenio auctum fuit stipendum flor. CML. De hoc viro in tertia Parte dicemus.*

## Schola Logicae et Artis criticae.

MDCCXCIV. III. Id. Mart. ad flor. MCD. stipendum auctum fuit *Lavagnoli Antonio.* Mortuus est V. Id. Febr. MDCCCV. et sepultus fuit in nunc profana Æde S. Laurentii. De illo edita, praeter alia Opera quae meminit *Colle,* haec habemus:

*Quattro Sonetti ed una Canzone.* Nella Raccolta in morte di Mons. Ginolfo Speroni. Se Lavagnoli occultat sub his initialibus: *Del sig. ab. D. A. L. Padovano.*

*Conversazioni colla vecchiaja. Nelle Nozze Staremburg-Ferri.* Padova 1778, in 8.<sup>o</sup>

Poeses ineditas, praecipue de insolitis ejus vitae vicissitudinibus habemus.

Versionem Sallustii in italam linguam dare volebat, et jam, ut Opus ederet, *Zacharias Valaresso* Triumvir Rei Litterariae a Veneto Senatu donum duc. D. deprecatus est. Sed hanc versionem nunquam edidit.

*Lavagnoli Bartholomaei* Professoris in nostro Archigymnasio, de quo locuti sumus Parte I., erat filius, et Patavii ann. MDCCXL. natus est. Hujus Seminarii fuit alumnus, ubi clericales vestes induit. Multo ingenio praeditus, sed indole non valde bona amorem existimationemque aliorum adquirere sibi non valuit.

Ex Decr. XV. Kal. Mart. an. MDCCCV. *Caesar Baldinotti* Florentinus, Monachorum Olivetanorum Abbas, *Loviselli* suffectus in Metaphysica jam ab ann. MDCCCII., eligitur ut defuncti *Lavagnoli* in hac cathedra vices suppletret. Tunc ex duabus Scholis nempe Metaphysicae, Logicae et Artis criticae una tantum constituit.

## Schola Logicae tantum Patavinis addicta flor. XX.

MDCCLXXXVII. Ab hoc anno usque ad an. MDCCCVI. nomen *Adriani Amai De Dondi dall'Orologio* in catalogo Professorum invenio. Post hoc annum munus exercuit in Bibliotheca, ut videbimus.

## Schola Humanitatis Graecae et Latinae.

*Intersunt Juristae anni primi. — Assignata hora secunda matutina diebus ordinariis.*

MDCCLXXXIX. XI. Kal. Sept. Professori *Sibiliato* auctum fuit CC. flor. stipendium, quod ad ultimos ejus vitae dies, qui fuerunt postrid. Id. Februar. ann. MDCCXCV. solutum fuit.

Natus est *Clemens Sibiliato* in Bubulentae amoeno vico, qui haud longe Patavio distat, III. Id. Febr. ann. MDCCXIX. Adolescentulus in nostro Seminario mores et mentem litteraria institutione ita roboravit ad rectum, ut sacerdos probus, fidelis amicus, optimus civis, doctissimus poeta et sui temporis inter praeclaros ab omnibus salutaretur. Viridi annorum XXIII. aetate praceptor esse in eodem Seminario meruit, et ab illo tempore poematisbus orationibusque suis clarissimorum virorum *Conti*, *Algarotti* aliorumque existimationem maximam sibi adquisivit. Relicta Rethoricae cathedra, Bibliothecae Seminarii cu-

stodia illi fuit commissa, quod maxima utilitati ac commodo ad mentem qui-  
buscumque cognitionibus avidam amplaque eruditione imbuendam. Recusata  
cathedra pulcherrimarum litterarum, quae in Taurinensi Archigymnasio ipsi  
fuerat oblata, a Bibliothecae custodia ad Historiam ecclesiasticam docendos Se-  
minarienses eligitur. Nervosa eloquentia, nitidus elegansque latinitatis lepor, qui-  
bus lectiones orationesque quas recitabat, poliebat fulciebatque, carmina quae  
typis edebat, *conditi*, ut ait Algarotti, *di quelle grazie che furono concesse a*  
*pochi scrittori privilegiati*, aditum ad Lazzarini ac Volpi cathedralm ei pate-  
fecerunt, qui *Natali Lastesio, Casparique Gozzi* ideo clausus fuit.

Academia Mantuana, quae Dissertationem *Clementis Sibiliato* corona de-  
coravit, utpote qui optime, et ad amussim responderat propositae quaestioni:  
*Se la poesia influisca nel bene dello Stato, e come possa essere oggetto della*  
*politica;* in suos socios ipsum cooptavit, quemadmodum etiam nostra inter  
suos pensione fruentes adscripserat.

*Sibiliato*, quem natura tam acri in elegantioribus litteris judicio pollentem  
fecit, ut ex tempore acroases recitans vivacibus animadversionibus sententiisque  
sublimibus grandes in admirationem auditores raperet, vivo impetu quoque  
(quod non est mirum) ad artes pulcherrimas sororio vinculo cum litteris con-  
nexas pertrahebatur. Hinc a primis annis praepotenti propensione ad picturam  
et ad musicam afficiebatur, quarum alteram aurium poesim, alteram animorum  
picturam vocare solebat. Immo in musicen tantum profecerat, ut celeberrimus  
scriptor fuisset, si omnino se illi dicasset. Mors septuagesimo sexto aetatis anno  
illum ab omnibus deploratum rapuit. Sepultus fuit in Ecclesia Presbyterorum  
Oratorii, et super ejus sepulcro haec legitur inscriptio:

CLEMENTI SIBILIATO  
PRESBYTERO PATAVINO  
HUMANIORVM LITTERARVM  
IN PATAVINO GYMNASIO DOCTORI  
SCRIPTIS EDITIS CLARISSIMO  
VIXIT ANN. LXXVI.  
DECESSIT XVI. KAL. MART. ANN. MDCCXCV.  
IO. BAPT. FRATRIS FILIVS  
PATRVO BENEMER. F.

*Operibus, quae a Colle memorantur, haec quoque adjicimus:*

*Epigramma in morte di Livia Caraffa, Principessa della Rocella.* Sta nella Raccolta dei componimenti pubblicati in tale occasione coi tipi Bodoniani. *Capitolo in terza rima per le faustissime Nozze di S. E. il N. U. Condulmero colla N. D. Soranzo.* Forma parte d'altre poesie stampate in una Raccolta in tale occasione, 1750, pel Vidali.

*Lettera sulle pitture dello Squarcione, 21 Giugno 1793.* Inserita al N.<sup>o</sup> 168 dell'Epistolario stampato dal Graziosi (1795-1796), ove si legge un buon numero di lettere dello stesso Sibiliato.

*Dialogo nell'ingresso al Patriarcato di Venezia di Giovanni Bragadino.* Venezia, per Antonio Zatta, in 4.<sup>o</sup> — Questo Dialogo in terza rima sta nella Raccolta di poesie pubblicate per la ricordata occasione.

*Specimen eorum de quibus egit* (scilicet de arte poetica) *in Gymnasio Patavino.* Patavii, typis Seminarii, in 4.<sup>o</sup>

*Stanze a Laura Valaresso nelle nozze di lei con Alessandro Carminati.* Ivi 1768, in 4.<sup>o</sup>

Molte poesie, come si disse, del nostro Clemente si trovano nelle Raccolte pubblicate per Nozze, per Monache, per Procuratori di S. Marco, Podestà, Capitani ec., che qui per brevità si omettono.

*Lettere del Prof. Clemente Sibiliato.* Padova, coi tipi del Seminario 1839, in 8.<sup>o</sup>

Alia insuper manuscripta *Sibiliato* reliquit ab ejusdem laudatore relata, videlicet:

*Critiche osservazioni sui Classici greci e latini.*

*Alcuni pensamenti sulla difficoltà della Commedia paragonata agli altri teatrali lavori.*

*Qualche commentario.*

*Molte aggiunte inserite nel Lessico Forcelliniano.*

*Osservazioni sui libri che uscivano alla giornata, e gli venivano trasmessi, come a giudice intelligentissimo, dai loro autori* (1).

(1) Eximii hujus Professoris Opera omnia tum quae jam edita sunt, tum quae adhuc latent, utpote litteraturae cultoribus utilissima, vulgandi consilium initum fuit; atque adeo nunciatum typis A. Sicca, conditionibus etiam propositis.

## Schola linguae Graecae, Hebraicae caeterarumque Orientalium.

*Schola haec abolita fuit Decreto III. Idus Decembris MDCCXCVIII., et Cathedrae Humanitatis Graecae et Latinae titulus substitutus  
Cathedrae Eloquentiae et Litteraturae antiquae et recentis.*

V. Non. Octobr. anno MDCCCLXXXIX. *Melchior Cesarotti* augmentum flor. CC. obtinuit, quod insuper aliorum flor. CC. stipendio geminatur ex Senatusconsulto VII. Id. April. MDCCXCVI.

MDCCXCVII. III. Id. Decembr. *Melchior Cesarotti*, qui linguae Graecae dabat lectiones, cum esset haec cathedra abolita, ad novam Eloquentiae titulo Professoris supraordinarii electus est, qui titulus Professori probatae famae et diurni honestique ministerii concedebatur. Confirmatum illi fuit stipendium quod antea habebat, et in Legalium collegium, illud Theologorum relinquens, cum omnium emolumentorum et praerogativarum participatione, adscriptus est. De *Cesarotti* vero, et de ejus in re litteraria meritis, in tertia horum Fastorum Parte loquemur.

## Schola Analyseos.

*Intersunt Medici anni secundi, quorum arbitrio relinquitur decernere scholastici anni initio, utrum hunc audiant Professorem an Chymicum. — Assignata hora secunda matutina diebus extraordinariis.*

MDCCCLXXXVIII. *Joannes Baptista Nicolai* Venetiis III. Kal. Aprilis ann. MDCCXXVI. natus est. Adhuc puer patrem amisit (1), sed apud avum, nec non apud duos avunculos amantissimos subsidium tam ipse, quam illius fratres iuvenerunt. Praesertim *Franciscus Cimegotto* Castri Franci Archipresbyter sedulam curam nepoti impendit, et in Tarvisino Seminario, ut pulciores litteras addisceret, collocavit. Cum per autumnales ferias apud hunc avunculum moraretur, felici casu evenit, ut *Riccati* amorem sibi adsciceret. Summus hic vir quanto ingenio *Nicolai* polleret agnoscens, scientiis physicis et mathematicis eum imbuit, qui dignum tanto magistro discipulum se se ostendit.

---

(1) Vid. de Nicolai *Aneddoti sopra la vita scientifica del Prof. Nicolai*, pubblicati da Jacopo Fabris Trivigiano, Alunno dell'Accademia Regia delle Scienze ed Arti di Padova. In Treviso per Antonio Pozzon, in 4.<sup>o</sup> (senza data d'anno). Auctor scripsit, che per vita scientifica del Pr. Nicolai intende l'assidua sua occupazione nelle Scienze Matematiche.

Nondum trigesimum secundum aetatis annum compleverat, cum a Communi Castri Franci, ut institueret in humanioribus litteris juventutem eligitur. Post duos annos in Tarvisinum Seminarium, Episcopo *Paulo Justiniano* flagitante, ut physicas mathematicasque disciplinas doceret, transiit. Summa laude per octo annos ibi docuit; inque laboris praemium in Archipresbyterum Padernelli anno MDCCLVIII. Episcopus illum evexit. Pluries tamen curam gregis intermisit, ut obsecundans hortationibus Episcopi in Seminario eodem doceret. Sed ea loca tam sibi amoena, ubi studiis tot horas sacraverat, ann. MDCCLXXII. reliquit, cum ad nostram Universitatem hanc Scholam initurus transiit. « Fu » allora (ut scripsit cl. ab. *Zendrini*) che l'acutezza di sua mente fe singolare » mostra nell'ardua impresa di togliere alla Matematica quelle insuperabili dif- » ficoltà che offrono le quantità negative e le immaginarie, rispondendo, per così » dire, questa scienza, che, a suo giudizio, per colpa solo dei metodi avea nodi » insolubili. »

« Però diede in luce il primo volume de' suoi *Nuovi Elementi di Analisi*, » che da altro postumo venne seguito. Sé così alto imprendimento portigli » grande rinomanza in Italia e fuori, suscitogli pure ardenti avversarii che gli » attoscarono le dolcezze della vita studiosa. »

Sed intensus studium vires imminuit, et saluti consulere cupiens ann. MDCCXCIII. Scholedum profectus est, ut Recobarii medicis aquis valetudinem firmaret. Illic gravi febre correptus cerebri apoplexia mortem obiit Idibus Julii ejusdem anni. Eq. *Andreas Cornelius*, qui in sua rusticationis villa hospitem exceperat, hanc super sepulcro inscriptionem sculpi jussit, quae vitae ejus breviter historiam comprehendit:

IOANNI BAPTISTAE NICOLAI VENETO  
PADERNELLI ARCHIPRESBYTERO  
IN PATAVINO LYCEO ANALYSEOS P. P.  
VIRO INTEGERRIMO AC SVAVISSIMO  
INGENII ACVMINE SCRIPTIS EDITIS NOVA ET MAGNA MOLIENTI  
ANDREAS IVLIVS CORNELIUS  
AMICO DESIDERATISSIMO  
QVI VALETVDINI CVRANDAE RECOBARIIS AQVIS  
SCHLOEDVM AB IPSO PERDVCTVS ANNVM AGENS LXVII.  
MORBO INOPINATO PERIIT IDIBVS IVLIIIS CICCIICCXIII.

Donatus erat *Nicolai* a natura prompto atque acutissimo ingenio, judicio acerrimo, indole vero suavissima, prudentia quadam singulari, quas virtutes ornabat moribus puris et integerrimis, temperie quadam in tota vitae ratione, modestia, munditia etiam, ut gratus et acceptus omnibus hominibus evaderet. De ejus immatura morte extitit moeror publicus, sed praecipue Universitatis et Academiae Patavinae, quibus magnum erat ornamentum.

Addenda et haec ejusdem Operibus a *Colle* allatis:  
*Nova Analyseos Elementa*. Vol. duo in 4.<sup>o</sup>, alterum ab auctore editum, alterum postumum. Patavii, typis Seminarii.  
*Dissertazioni degli elasti di massa finita. Di un pendulo oscillante in un fluido*. Padova 1772.  
*Memoria sopra una nuova genesi delle curve*. Trovasi nei Saggi dell'Accademia di Padova, Tom. I. pag. 313, con una tav.

*Continuazione della nuova genesi delle curve*. Ivi, Tom. II. pag. 313.

*Nicolai* datus fuit successor *Simon Co. Stratico*, qui per duos annos supplavit. Tandem Decreto MDCCXCVIII. haec Schola fuit adjuncta Cathedrae Geometriae.

## Schola Geometriae planae ac solidae, ac Sectionum conicarum.

Anno vero MDCCXCVII. vocata fuit  
**Schola Analysis Geometriae planae et solidae,  
 et Sectionum conicarum.**

*Joanni Baptistae Marinelli* VIII. Kal. Octobr. MDCCXCI. auctum fuit stipendum ad flor. DCCLXX.

Natus est sacerdos *Marinelli* anno MDCCXVI. Anguillarae, quae rus est prope Athesim. In Seminario litteris et scientiis omnibus penitus se se imbuit. Proprio genio obsecundans, quo ad Archimedis studia acri stimulo incitabatur, ad ea totis viribus se dedidit, et ita in eis progressus est, ut an. MDCCLXVIII. cathedram ascendere meruerit. Mortuus est *Marinelli* anno MDCCCIV.

III. Kal. Novembr. MDCCXCVII. a Gubernio Democratico interim constituto nostrae Universitatis Professor factus est *Joseph Avanzini*, et haec cathedra illi adsignata. Plura de illo dicturi sumus in tertia et extrema Parte hujus Operis.

## De Medico ad Thermas Aponenses.

Cum annis gravaretur *Mingoni*, datus est illi *Salvator Mandruzzato* in auxilium. Triumvirum ad Studia Patavina Decretum die IV. Kal. Aprilis ann. MDCCXC. datum nos certos facit fuisse *Mandruzzato* una tantum vice CL. flor. nummos erogatos ob Opera in publicam lucem edita, atque ob auxilium aegris praestitum, cum vicariam *Mingoni* operam impenderet.

*Mingoni* vicariam quoque operam impendebat *Antonius* filius, qui flor. C. stipendio patris flor. CCCLX. subtractos exigebat. E vivis erepto V. Kal. Oct. MDCCXCVI. *Mingoni*, *Mandruzzato* successit. De hoc viro qui Tarvisii Id. Decembr. MDCCLVIII. natus est, qui hujusce Universitatis fuit alumnus, et qui lauro in re medica fuit ann. MDCCLXXXVI. donatus, sermonem instituimus in extrema hujus Operis Parte.

## Schola Architecturae civilis et militaris.

MDCCLXXXVII. *Dominicus Cerato* Vicetinus in nostris Scholis docere non intermisit, nisi quando die IV. Kal. Jun. an. MDCCXCII. e vivis eruptus fuit. Haec cathedra ad occasum usque Venetae Reipublicae vacavit, et interim supplevit *Daniel Danieletti* Patavinus qui antea Professori adsistebat.

*Cerato* ortum habuit Vicetiae prid. Non. Aug. anno MDCCXXV., patre Co. *Francisco Cerato*, qui omnem curam adhibuit ut optime institueretur. Quare in nostro Seminario collocatus fuit, ubi vestem clericalem induit. Pulcherrias artes, et praecipue Architecturam adamavit, et ad hanc cathedram vocatus maximam gloriam sibi adquisivit in instituendis in hac arte discipulis.

MDCCXCVII. Mortuo *Cerato* anno MDCCXCII., Municipium Urbis Decreto V. Kal. Octobr. *Jacobum Albertolli* successorem nominavit. Sed anno nondum transacto, cum Venetiis Austriacum Gubernium se se constituisset, ille jussus est Non. Jul. ann. MDCCXCVIII. a nostra Universitate abscedere, et intra octo dies etiam Venetas regiones relinquere. De eo viro, qui in Arte Architectonica magnus habebatur, haec habeo quae proferam.

*Albertolli Jacobus* in Lucani regione ann. MDCCLXI. natus est. Praetergressus secundum aetatis suaे lustrum Parmam adducitur, ubi *Franciscus ejus* pater marmorariam officinam instituerat et direxerat. Illic *Jacobus* litteris et Philosophiae se se addixit, et deinceps Architecturae. Anno MDCCLXXX. Mediolanum secessit, et per quinque annos studiis architectonicis indulxit tam

solerter, ut ipsi praeceptores ejus doctrinam admirarentur. Ob rem familiarem curandam Parmam petuit, et interea perlustravit quaecumque pulcherrima et magnifica per praecipuas Italiae urbes excellunt. In id famae fastigium ascenderat; ut eum Patavinum Seminarium linearis picturae magistrum optaret, et *Albertolli* invitationi annuens illic per octo annos tranquillum honorificumque contubernium nactus sit. Interea rerum perturbatione publicarum orta, Patavinum Municipium generalem Curatorem publicarum Constructionum ipsum elegit, et postea Architecturae Professorem, ut diximus. Relinquens invito animo Patavium, Mediolanum iterum venit, et ab Executivo Directorio commissa illi fuit Architecturae Schola in Brera, quam antea Piermarinus occuparat. Sed Mediolani dierum stamina immatura mors postrid. Non. Jan. anno MDCCCV. illi resecuit. Jacturam deplorantes amici memoriam celebris Professoris epigraphe, quae adhuc in Brera conspicitur, aeternarunt.

### Schola delineandi.

Democratici regiminis Decreto III. Non. Novembr. anno MDCCXCVII. haec Schola caeteris Universitatis Scholis addita est, atque *Antonio Mingardi* Patavino ejusdem Professori stipendium assignatum argent. CXX.

### De Thermarum Aponensium Historia.

MDCCCLXXXVII. *Joannes Lavagnoli* usque ad ann. MDCCXCVII. scribendae Historiae Thermarum Aponensium munus exercuit. Illi tandem, ut locuti sumus, successit *Salvator Mandruzzato*.

### De Historico Gymnasii Patavini.

De *Francisco Maria Colle*, qui Historiographus ultimus fuit, plura initio hujus Operis diximus. Hic tamen memorabimus, hunc optime meritum scriptorem, cum Triumviris ad Studia Patavina duo Opera de Universitate obtulisset Fastos scilicet et Historiam, ex Senatus Decreto VI. Kal. Octob. MDCCXCIII. annuo stipendio flor. CCXC. donatum fuisse, quod tamen post Venetae Reipublicae occasum amisit.

## Appendix de publica Bibliotheca.

III. Id. April. ut *Roccolini* succederet *Josephus Antonius Bonato* accersitus fuit. Hic, de quo plura progressu Operis erunt dicenda, amanuensis munere in Biblioteca nostra fungebatur, quin imo haud me latet, illi a Triumviris ex Decreto V. Kal. Jun. MDCCCLXXXVI. praeter solitum stipendum flor. LX. fuisse constitutos *per la riforma da lui operata degli Indici, e per la nuova classificazione dei libri*. Ex aliquibus documentis sedulo perpensis comperi, *Bonato*, postquam Bibliothecae Custos fuerat electus, Horto Botanico praefuisse, sed implorato a *Marsili* otio tranquillo, ei successorem factum esse.

Cum die VI. Kal. Septemb. ann. MDCCXCIV. confirmatus fuisset Horti Botanici Praeses *Bonato*, custodia Bibliothecae *Josepho Greati* stipendio primum flor. CL. postea CCC. commissa fuit.

Parum de *Greati* dicemus, nam brevi inter nos moratus est. Vicetiae natus III. Non. Jan. ann. MDCCCLVIII. (1). Adhuc adolescens promptum, aequum ac vir, ingenium in poesi ostendit, ut argumentum suppeditat ejus Epistola *Abelardo ad Eloisa*, quam tamen editam typis non habemus, l'*Epistola a Temira*, il *Passeggio di Vanzo*, *Carmina in Petrarchae laudem*, aliaque plura.

Academiae nostrae adscriptus alias dissertationes recitavit, et *Elenco critico della vita di Cicerone scritto da Plutarco*, quod in actibus ipsius Academiae typis editum fuit (2).

Fervidam mentem *Greati* rerum publicarum mutatio, quae circa annum MDCCXCVII. evenit, ita accedit, ut in illos rerum omnium tumultus irruens se seque immiscens in aerumnas impegerit, e quibus tamen emergens Bibliothecarii munere fungendi *Brerae* Mediolani felicem sorte in natus erat; *posto che abbandonò assai presto, perchè là pure non ebbe il buon destro di tacere e lasciar fare*, ut ait cl. *Meneghelli*. Postquam multas peragrasset regiones, incolmis anno MDCCCV. tandem rediit in patriam. Ex hoc anno MDCCCXI. ad regendum S. Viti Collegium se contulit, ubi IV. Kal. Mart. ann. MDCCCXII. diem supremum obiit. Illius habemus:

*Lettera a S. E. Eva Baraguey D'Hiliers*. Brescia 1808, in 8.<sup>o</sup>

In hac de *Foscolo* carmine super sepulcris loquitur, et de ipsis poetae versionibus, et de primo *Iliadis* cantu, quem vertit *Monti*.

(1) Vid. *Meneghelli Cenni Biografici degli Accademici di Padova*, Vol. III. Nuovi Saggi ec.

(2) Vol. III. Parte II.

Cum vocaretur *Greati* ad interim administrandam rem publicam Municipii an. MDCCXCVII., *Meneghelli Antonius* Patavinus vices Custodis Bibliothecae gessit. Post paucos menses tamen huic muneri sponte renunciavit. Occasio de illo loquendi pluribus in locis hujus Operis se se offeret.

Ex Decreto VI. Id. April. MDCCCII. interim Bibliothecae Custos *Caesar Baldinotti Florentinus* eligitur, sed subito ad Metaphysicae cathedram translatus hoc munus reliquit.

MDCCCCV. Postrid. Id. Majas *Danielem Francesconi*, in amoeno rure agri Tarvisini natum Imperator FRANCISCUS Custodem Patavinae Bibliothecae nominavit stipendio flor. CCC., et in eodem munere *Napoleon* quoque confirmavit. De eo in tertia et extrema horum Fastorum Parte loquemur, et Operum illius catalogum exhibebimus.

*Francesconi* datus est Coadjutor, CC. flor. interim adsignatis, *Fortunatus Federici Brixianus*, S. Benedicti Ordinem inter Cassinenses professus. De illo in Operis progressu plura dicemus. Decretum illius electionis est Id. Maji MDCCCCV. Deinceps in hoc munere etiam ab Italo Regimine confirmatur.

## FINIS VOLUMINIS PRIMI.



# **INDEX**

## **RECTORUM ac PROFESSORUM**

---

**N.B. Numerus romanus Voluminis Partem, arabicus paginam indicat.**



---

## RECTORES JURISTARUM

- Arrighi Antonius. I. 5. 6.  
Barca Alexander. I. 21. II. 156.  
Beltramini Co. Hieron. I. 16. 21. II. 155.  
Bilesimo Joannes Baptista. I. 13.  
Braidotti Petrus. I. 19. 23. II. 155.  
Businello Petrus. I. 5. 13. 19.  
Cromer Vincentius. II. 156.  
Dubrauwich Joannes. I. 23.  
Fabro Angelus Antonius. I. 11. 14.  
Franzoja Co. Matthaeus. I. 14. 19. 23. II.  
155. 156.
- Gardin Antonius. I. 23. 24. II. 155. 156.  
Guerra Aloysius. I. 20.  
Mariani Benedictus. I. 19. 21. 22. 24. II.  
155. 156.  
— Pax. I. 13.  
Mastraca Stellius. I. 5. 8.  
Pace (da) Joseph. I. 5. 11. 14.  
Panighetti Joannes Maria. I. 8.  
Terzi Antonius. I. 13.
- 

## DIRECTORES

- Gennari Joseph. II. 156.  
Mabil Aloysius. II. 155.
- Pimbiolo Antonius Co. degli Enghelsfredi.  
II. 155.
- 

## PROFESSORES JURISTARUM

- Acqua (dall') Matthaeus. I. 29.  
Arrighi Antonius. I. 29.  
Barca Alexander. I. 37. 38. 39. II. 161.  
Bassani Co. Hannibal. I. 41. II. 164.  
Beltramini Co. Hieronymus. I. 27. 28. II.  
157.  
Bilesimo Joannes Baptista. I. 41. 42.  
Bordegato Matthaeus. I. 34.  
Braidotti Petrus. I. 33. II. 160.  
Businello Petrus. I. 36. 38.  
Camposampiero (da) Ferdinandus. I. 40.  
— Gregorius. I. 39.  
Cromer Vincentius. I. 40. II. 160. 163.  
Cortivo de Santi Parmesano. I. 41.  
Donati Caspar. I. 31.
- Dubrauwich Joannes. I. 38. 40. II. 162.  
Fabro Angelus Antonius. I. 33. 39. 43. 142.  
150.  
Fantoni Michael. I. 33. 34.  
Franzoja Co. Matthaeus. I. 29. 34. 39. 42.  
II. 164.  
Galvani Marcus Antonius. I. 31. II. 158.  
Gardin Antonius. I. 40. II. 162.  
Guerra Aloysius. I. 43. II. 165.  
Lenguazza Marcus Antonius. II. 163.  
Macoppe Alexander, vel Natalis. I. 34. II.  
160.  
Maldura Co. Felix. I. 31.  
Manetti Camillus. I. 41.  
Mariani Benedictus. I. 28. 147. II. 158.

- Mariani Pax. I. 28. 32.  
 Mastraca Stellius. I. 26. 141.  
 Ognibene Joannes Baptista. I. 40. II. 163.  
 Pace (da) Joseph. I. 28.  
 Panighetti Joannes Maria. I. 30. 141.  
 Percoti Co. Jacobus. I. 31.  
 Perozzi Rolandus. I. 40. 61.  
 Pochini Carolus. I. 34.  
 — Franciscus I. 29. 31.  
 Righi Ludovicus. I. 33.  
 Rustici Benedictus Octavius. I. 35. 38. II  
 461.  
 Solari Joannes Franciscus. I. 40.  
 Terzi Antonius. I. 35.  
 Trevisan Hieronymus. II. 158.  
 Turriani Joannes Antonius. I. 29. II. 158.  
 Veronese Stephanus. II. 160.
- 

### RECTORES ARTISTARUM

- Barbarigo Hieronymus. I. 49.  
 Bertossi Joseph. I. 50. 52.  
 Bonato Antonius. II. 166. 167.  
 Caldani Leopoldus Marcus Antonius. II  
 165. 166. 167.  
 Carburi Co. Marcus. I. 50.  
 Ceserotti Melchior. II. 165.  
 Colombo Joannes Albertus. I. 45.  
 Comparetti Andreas. II. 167.  
 Dalla Bona Joannes. I. 50.  
 Dalla Decima Co. Angelus. II. 167.  
 Fiammengo Joannes. II. 166.  
 Lavagnoli Antonius. I. 47. 48. 51.  
 — Bartholomaeus. I. 47.  
 Malacarne Vincentius. II. 167.  
 Marinelli Joannes Baptista. I. 51.  
 Marsili Joannes. I. 48. 51.  
 Nicolai Joannes Baptista. I. 51.  
 Pimbiolo degli Enghelsfredi Co. Antonius.  
 I. 51.  
 Pisoni Homobonus. II. 166.  
 Schiavetti Angelus. I. 45. 49.  
 Scovolo Co. Jacobus. I. 45. 47.  
 Sibiliato Clemens. I. 47.  
 Silvestri Silvester. I. 51.  
 Sograffi Joannes. I. 50. 51.  
 Stratico Co. Simon. I. 47. 49. II. 165. 166.  
 Toaldo Joseph. I. 49. 50.  
 Valsecchi Antoninus. I. 48.  
 Zaramellini Albertus. I. 51.
- 

### PROFESSORES ARTIUM

- Albertini Georgius Maria. II. 169.  
 Albertolli Jacobus. II. 206.  
 Amai De Dondi dall'Orologio Michael. I. 65.  
 — Adrianus. I. 121. II. 200.  
 Arduini Petrus. I. 117. II. 196.  
 Avanzini Joseph. II. 205.  
 Baldinotti Caesar. II. 175. 200.  
 Barbarigo Hieronymus. I. 71.  
 Bertossi Joseph. I. 68. II. 178.  
 Bianchini Joannes Fortunatus. I. 67. 144.  
 Bonato Joseph. II. 194. 196.  
 Bondioli Petrus Antonius. II. 186.  
 Bonioli Camillus. I. 105. II. 166. 192.  
 Caldani Florianus. II. 181.  
 — Leopoldus Marcus Antonius. I. 61.  
 77. 91. II. 175. 181.

- Calza Aloysius. I. 91. 146.  
 Capovilla Melchior. I. 65. II. 175.  
 Carburi Joannes Baptista. II. 175.  
     — Marcus. I. 119. II. 199.  
 Carmeli Michael Angelus. I. 126. 150.  
 Cerato Dominicus. I. 132. II. 206.  
 Cesarotti Melchior. I. 127. II. 203.  
 Chiavellati Thomas. I. 121.  
 Chiminello Vincentius. II. 190.  
 Colombo Joannes Albertus. I. 70. 88. 99.  
 Comparetti Andreas. I. 68. II. 176. 186.  
 Contini Thomas Antonius. I. 54. II. 170.  
 Dalla Bona Joannes. I. 94. 147. II. 185.  
     — Petrus Antonius. I. 92. II. 185.  
 Dalla Decima Co. Angelus. I. 114. II. 196.  
 Donini Jo. Baptista. I. 65.  
 Fanzago Franciscus. I. 178.  
 Fiammengo Joannes. II. 186.  
 Gallini Stephanus. I. 65. II. 175.  
 Gianella Carolus. I. 89.  
 Lavagnoli Antonius. I. 120. II. 199.  
     — Bartholomaeus. I. 61. 63. 91.  
     118. 119.  
     — Joannes. I. 134. II. 207.  
 Leoni Franciscus Maria. I. 53.  
 Loviselli Joannes. I. 60. II. 174.  
 Luchi Bonaventura. I. 56.  
 Maggioni Jacobus. I. 69. II. 178.  
 Malacarne Vincentius. II. 193.  
 Mandruzzato Salvator. II. 206. 207.  
 Marani Dominicus. II. 186.  
 Marchetti Joannes Baptista. I. 72.  
 Marinelli Joannes Baptista. I. 131. II. 205.  
 Marsili Joannes. I. 112. II. 194.  
 Mingardi Antonius. II. 207.  
 Mingoni Joseph. I. 132. II. 206.  
 Morgagni Joannes Baptista. I. 74. 144.  
 Nicolai Joannes Baptista. I. 130. II. 203.  
 Orsato Joannes Antonius. I. 56.  
 Orus Joseph. I. 103. II. 190.  
 Paccanaro Dominicus. II. 181.  
 Piacentini Jacobus. I. 60. 142.  
 Pimbiolo degli Enghelfredi Ant. I. 64. 65.  
 Bisani Angelus. I. 69.  
 Pisoni Homobonus. I. 90. II. 185.  
 Poleni Marchio Jeannes. I. 79. 88. 145.  
 Pontedera Julius. I. 110. 148.  
 Ponti Hieronymus. I. 73. II. 181.  
 Pujati Joseph Antonius. I. 66. 143.  
     — Joseph Maria. I. 56. II. 172.  
 Rinaldi Co. Hieronymus. I. 129.  
 Rinaldini Antonius. II. 191.  
 Romano Joannes. I. 65. 73.  
 Schiavetti Angelus. I. 59.  
 Scovolo Co. Jacobus. I. 67. 68. 143.  
 Sibiliato Clemens. I. 124. II. 200.  
 Silvestri Silvester. I. 96. II. 186.  
 Soardi Laurentius. I. 94.  
 Sograffi Joannes. I. 106. II. 193.  
     — Petrus. I. 108. II. 193.  
 Stellini Jacobus. I. 95. 147.  
 Stratico Co. Simon. I. 85. 88. 90. II. 182.  
     185.  
 Suzzi Joseph. I. 70.  
 Tadini Placidus Maria S. R. E. Cardinal.  
     II. 170.  
 Toaldo Joseph. I. 99. II. 187.  
 Vallisnieri Antonius. I. 114.  
 Valsecchi Antoninus. I. 52. II. 167.  
 Vandelli Hieronymus. I. 105.  
 Viotti Dominicus. I. 73.  
 Volpi Joannes Antonius. I. 122. 149.  
 Zaramellini Albertus. I. 72. II. 180.  
 Zuliani Petrus. I. 71. II. 179.
-

## HISTORICI GYMNASII PATAVINI

- |   |  |
|---|--|
| <b>Colle Franciscus Maria.</b> I. XIII. 135. II. 207. | <b>Papadopoli Nicolaus.</b> I. 134.        |
| <b>Dalle Laste Natalis.</b> I. 135.                   | <b>Riccoboni Antonius.</b> I. 134.         |
| <b>Facciolati Jacobus.</b> I. 134.                    | <b>Tomasini Jacobus Philippus.</b> I. 134. |
- 

## BIBLIOTHECARII

- |   |  |
|---|--|
| <b>Baldinotti Caesar.</b> II. 209.            | <b>Frigimelica Co. Hieronymus.</b> I. 137. |
| <b>Bombardini Antonius.</b> I. 137.           | <b>Greati Joseph.</b> II. 208.             |
| <b>Bonato Joseph Antonius.</b> II. 208.       | <b>Morgagni Joannes Baptista.</b> I. 137.  |
| <b>Camposampiero (de) Gullielmus.</b> I. 138. | <b>Osio Felix.</b> I. 136.                 |
| <b>Fabro Angelus.</b> I. 138.                 | <b>Peristiani Anastasius.</b> I. 138.      |
| <b>Federici Fortunatus.</b> II. 209.          | <b>Poleni March. Joannes.</b> I. 137.      |
| <b>Ferrari Octavius.</b> I. 137.              | <b>Roccolini Paulus.</b> I. 138.           |
| <b>Francesconi Daniel.</b> II. 209.           | <b>Stratico Co. Simon.</b> I. 137.         |



# **INDEX SCHOLIUM**

**Vol. 1.**



---

---

## PARS PRIMA

<b>D</b> e Rectoribus Gymnasii . . . . .	<b>Pag.</b>	<b>3</b>
Rectores Juristarum . . . . .	"	5
<b>D</b> e Scholis Jurisprudentiae . . . . .	"	24
Schola Juris civilis matutina primi loci . . . . .	"	26
— Juris civilis matutina secundi loci. . . . .	"	28
— Juris civilis matutina loci tertii cum paritate secundi . . . . .	"	29
— Juris civilis pomeridiana primi loci . . . . .	"	ivi
— Juris civilis pomeridiana loci secundi. . . . .	"	30
— Juris civilis Patavinis civibus assignata flor. XX. . . . .	"	31
— Criminalium. . . . .	"	ivi
— Pandectarum, Codicis et Authenticorum. . . . .	"	32
— Institutionum Juris civilis et artis Notariae . . . . .	"	ivi
— Institutionum Juris civilis loci secundi . . . . .	"	34
— Institutionum Juris civilis loci tertii Patavinis addicta flor. XX. . . . .	"	ivi
<b>D</b> e Scholis Juris canonici. . . . .	"	35
Schola Juris canonici primi loci . . . . .	"	ivi
— Juris canonici secundi loci . . . . .	"	36
— Juris canonici loci tertii cum paritate secundi . . . . .	"	38
— Juris canonici pomeridiana loci primi. . . . .	"	ivi
— Juris canonici pomeridiana loci secundi. . . . .	"	39
— Institutionum Juris canonici. . . . .	"	ivi
— Juris canonici Patavinis civibus addicta flor. XX. . . . .	"	40
— alia Juris canonici Patavinis civibus destinata flor. XX. . . . .	"	ivi
— Juris feudalis, nautici et commerciorum. . . . .	"	41
— Juris naturae, publici et gentium. . . . .	"	42
— Juris publici ecclesiastici. . . . .	"	43
Rectores Artistarum . . . . .	"	45
Professores Artium. . . . .	"	52

Schola sacrae Theologiae . . . . .	Pag. 52
— Theologiae Scotisticae Coenobitis Minoritis addicta . . . . .	» 53
— sacrae Scripturae . . . . .	» 56
— Metaphysicae . . . . .	» 59
— Medicinae theoricae primi loci . . . . .	» 60
— Medicinae theoricae secundi loci . . . . .	» 63
De tertio Medicinae theoreticae loco Patavinis addicto flor. XX. . . . .	» 65
Schola Medicinae practicae primi loci . . . . .	» 66
— Medicinae practicae loci secundi . . . . .	» 68
De loco tertio practicae Medicinae Patavinis proprio flor. XX. . . . .	» 69
Schola Philosophiae loci primi . . . . .	» ivi
— Philosophiae loci secundi . . . . .	» 72
De Philosophiae loco tertio Patavinis addicto flor. XX. . . . .	» 73
Schola Anatomiae . . . . .	» ivi
— Mathematicae et Nauticae theoricae . . . . .	» 78
— Physicae experimentalis . . . . .	» 87
— Medicinae theoricae extraordinariae, cuius titulus nunc mutatus est, et inscribitur: Schola Medicarum Institutionum. . . . .	» 89
— de morbis mulierum, puerorum et artificum, cui titulus nunc mutatus est: De morbis artificum, puerorum et oculorum . . . . .	» 91
— Medicinae practicae in Nosocomio. . . . .	» 92
— Philosophiae extraordinariae . . . . .	» 94
— Philosophiae moralis . . . . .	» 95
— Astronomiae, Geographiae et Meteororum . . . . .	» 96
— Medicinae, Chirurgiae, et Anatomes comparatae . . . . .	» 102
— Chirurgiae . . . . .	» 104
— Chirurgiae practicae in Nosocomio . . . . .	» 106
— Obstetriciae. . . . .	» 107
De Horto Medico . . . . .	» 109
Schola Simplicium, cuius titulus bis mutatus, primum ad Historiam naturalem, nunc ad Materiam medicam inscribitur. . . . .	» 113
— Agriculturae experimentalis . . . . .	» 115

Schola Chymicae theoricae et experimentalis . . . . .	Pag. 118
— Logicae et Artis criticae. . . . .	» 120
— Logicae tantum Patavinis addicta flor. XX. . . . .	» 121
— Humanitatis Graecae et Latinae . . . . .	» 122
— linguae Graecae, Hebraicae, caeterarumque Orientalium, a qua nunc Orientales linguae detractae sunt . . . . .	» 125
— Analyseos . . . . .	» 129
— Geometriae planae ac solidae, ac Sectionum conicarum. . . .	» 130
De Medico ad Thermas Aponenses. . . . .	» 131
Šchola Architecturae civilis . . . . .	» 132
De Thermarum Aponensium Historia . . . . .	» 133
De Historia Gymnasii Patavini . . . . .	» 134
Appendix de publica Bibliotheca . . . . .	» 136
Aliquae Annotationes in Opus Colle . . . . .	» 139

---

### PARS SECUNDA

Rectores Juristarum . . . . .	» 155
Professores Juristarum . . . . .	» 157
Schola Juris civilis matutina primi loci . . . . .	» ivi
— Juris civilis matutina loci secundi. . . . .	» 158
— Juris civilis matutina loci tertii cum paritate secundi . . . . .	» ivi
— Juris civilis Patavinis civibus assignata flor. XX. . . . .	» ivi
— Institutionum Juris civilis et artis Notariae. . . . .	» 160
— Institutionum Juris civilis loci tertii Patavinis addicta flor. XX. . . . .	» ivi
— Juris canonici loci primi. . . . .	» 161
— Juris canonici loci secundi. . . . .	» ivi
— Juris canonici loci tertii cum paritate secundi. . . . .	» 162
— Institutionum Juris canonici . . . . .	» ivi
— Juris canonici Patavinis civibus addicta flor. XX. . . . .	» 163
— alia Juris canonici Patavinis civibus destinata flor. XX. . . . .	» ivi
— Juris feudalis, nautici et commerciorum . . . . .	» 164

<b>Schola Juris naturae, publici et gentium . . . . .</b>	<b>Pag. 164</b>
— Juris publici ecclesiastici . . . . .	» 165
<b>Rectores Artistarum . . . . .</b>	<b>» ivi</b>
<b>Professores Artium . . . . .</b>	<b>» 167</b>
<b>Schola sacrae Theologiae . . . . .</b>	<b>» ivi</b>
— Theologiae Scotisticae Coenobitis Minoritis addicta. In hujus Scho-	
lae locum altera suspecta est, quae ad Historiam Ecclesiasticam	
nuncupatur . . . . .	» 170
— sacrae Scripturae . . . . .	» 172
— Metaphysicae . . . . .	» 174
— Medicinae theoricae primi loci . . . . .	» 175
— Medicinae theoricae secundi loci . . . . .	» ivi
<b>De tertio Medicinae theoricae loco Patavinis addicto flor. XX. . . . .</b>	<b>» ivi</b>
<b>Schola Medicinae practicae primi loci . . . . .</b>	<b>» 176</b>
— Medicinae practicae loci secundi . . . . .	» 178
<b>De loco tertio practicae Medicinae Patavinis proprio flor. XX. . . . .</b>	<b>» ivi</b>
<b>Schola Philosophiae loci primi . . . . .</b>	<b>» 179</b>
— Philosophiae loci secundi . . . . .	» 180
<b>De Philosophiae loco tertio Patavinis addicto flor. XX. . . . .</b>	<b>» 181</b>
<b>Schola Anatomiae . . . . .</b>	<b>» ivi</b>
— Mathematicae et Nauticae theoricae . . . . .	» 182
— Physicae experimentalis . . . . .	» 185
— Medicinae theoricae extraordinariae, cuius titulus mutatus est, et —	
inscribitur: Schola Medicarum Institutionum . . . . .	» ivi
— de morbis mulierum, puerorum et artificum, cuius titulus nunc —	
mutatus est: De morbis artificum, puerorum et oculorum . . . . .	» ivi
— Medicinae practicae in Nosocomio . . . . .	» ivi
— Philosophiae moralis . . . . .	» 186
— Astronomiae, Geographiae et Meteororum . . . . .	» 187
— Medicinae, Chirurgiae et Anatomies comparatae . . . . .	» 190
— Chirurgiae . . . . .	» 192
— Chirurgiae practicae in Nosocomio . . . . .	» 193

<b>Schola Obstetriciae.</b>	<b>Pag.</b>	<b>193</b>
<b>De Horto Medico</b>		» 194
<b>Schola Simplicium</b>		» 196
— <b>Agriculturae experimentalis.</b>		» ivi
— <b>Chymicae theoricae et experimentalis</b>		» 199
— <b>Logicae et Artis criticae.</b>		» ivi
— <b>Logicae tantum Patavinis addicta flor. XX.</b>		» 200
— <b>Humanitatis Graecae et Latinae</b>		» ivi
— <b>linguae Graecae, Hebraicae caeterarumque Orientalium</b>		» 203
— <b>Analyseos</b>		» ivi
— <b>Geometriae planae ac solidae, ac Sectionum conicarum. Anno vero MDCCXCVII. vocata fuit Schola Analysis Geometriae planae et solidae, et Sectionum conicarum</b>		» 205
<b>De Medico ad Thermas Aponenses.</b>		» 206
<b>Schola Architecturae civilis et militaris</b>		» ivi
— <b>delineandi</b>		» 207
<b>De Thermarum Aponensium Historia.</b>		» ivi
<b>De Historico Gymnasi Patavini.</b>		» ivi
<b>Appendix de publica Bibliotheca</b>		» 208





CARD. TADINI



VALSECCHI



PÜJATI



LUCHI





DIANIN



FRANZOJA



ZABEO



MONSIGNOR CAPPELLARI






VOLPI



SIBILLATO



CARMELLI



CESAROTTI





STELLINI



NICOLAI



BARBIERI



MABL





MORGAGNI



CALDANI



BONTOLI



COMPARETTI





MALACARNE



BONDIOLI



GALLINI



FANZAGO





BRERA



RUGGIERI



CALDANI



RENIER





TOALDO



CHIMINELLO



POLENI



STRATICO





MELANDRI



CARBURI



PONTEDERA



ARDUINI





COLLATO



COSSALI



FRANCESCHINIS



DAL NEGRO







Finito di stampare in Sala Bolognese nel Luglio  
1983 presso la Arnaldo Forni Editore S.p.A.





FORM NO. DD6.

UNIVERSITY OF CALIFORNIA, BERKELEY  
BERKELEY, CA 94720